FLORES
SENTENTIARVM
OMNIVM

VTRIVSQVE IVRIS PRVDENTIAE,
Vberius, & castigatius, quam antea,
Alphabetica serie vbique retenta,
vtiliter collecti.

AVCTORE
Adm. R. D. Nicolao Pilo, Sardo,
S. Th. ac I. V. D.

Romæ, Apud Io:Baptistam Roblettum, 1639.

Superiorum permissu.

Impimatur si videbitur Reuerendiss. P. Mag. S.P.Apostolici.
Io: Bap. Episc. Cammer. Vicesg.

Mandato Reuerendiss.P.F.Nicolai Riccardij Magistri S.P.Apostolici Librum inscriptum, Flores Sententiarum vtriusque Iurisprudentiæ cum &c. Auctore Nicolao Pilo Sardo, S.Th. & I.V.D. legi, & nihil in eo reperi, quod Catholicæ Fidei dogmatibus, aut morum honestati aduersetur. Romæ Nonis Februarij Anno 1639.

Andreas Victorellus Th.

Imprimatur,
Fr. Hyacintus Lupus, Magist. & Soc. Reuerendiss. P. F. Nicolai Riccardij Sac. Pal. Apostol.Magist.Ord.Prædic.

Admodum Illustri, & Excellenti D.

D. PAVLO SAXO

FOROLIVIEN. V. I. D.

S. P. D.

CVM diu inter manus meas iste versatus esset Libellus; huius aperta planities ad oculos occurrit, vndique virtutum Florum varietate, odorumq; doctrinę suauitate circumdata, quam cnm enixè mentis oculorum acie lustrassem, telluremq; ad probitatem gignendam sedulam vberemque esse animaduertissem; rus istud omnibus illud peragrantibus vtilitatē vberioremq; fructum (si denuo in lucem prodiret) suppeditaturū esse censui: Itaque prætermissis aliorum deambulandi campis hûc mihi oportune petere visum est; vt ex eo legerem Florem, tibique libenti animo offerre, dedicareq; curarem. Hunc igitur annuc Florē, meum erga te studium; cum certo sciam tuæ probitatis doctrinæ, atque dignitatis odore vnà cum isto vberiorem Libellum tuo munitum patrocinio, tuoque Saxo nixum efflaturum esse odorem Vale.

Tui studiosissimus

Io: Baptista Roblettus R.

Tipographus Lectori.

COnferat, quæso, benignus Lector, impressionem hanc nostram cum anterioribus quibuslibet alijs; illico namq; vel occulari inspectione comperiet, eam quamplurimis ditatam sententijs; alphabeticam seriem vere retentam; mendis fere innumeris expurgatam, & tandem allegationes Iurium, quæ ad balistas (vt aiunt) apponebantur, suis quasque locis apte repositas. Adeo vt merito, non vetus, sed nouum opus, dicere debeat. Vale.

INDEX VTILISSIMVS

Quamplurium Titulorum, qui per Doctores citari consueuerũt diuersimode a nouissima Iuris Cæsarei editione.

A Cau-

No-

N

NOui oper. nunc. vi. operis noui nunciat. Nou.
Nuptijs, vi. ritu nupt. Vet.

O

OFfic. delegati. vi. Offic. & potest. deleg. in Decret.
Oleo legato, vi. tritico, vino. Insort.

P

PArricidijs. vi. ad l. Pompeiam. de parricid. Nou.
Peculatus, vel) vi. ad l. Iul. peculat. Nou.
Crimine pecul.)
Pendente appell. vi. si pend. appell. Nou.
Plagiarijs. vi. ad l. Flauiam, de plagiar. Nou.
Præscript. vi. except. præscript. Nou.
Pro non scripto, vi. his, quæ pro non scripto. Inf.

Q

QVæ in fraudem. vi. Reuoc. Cod.
Quod certo loco. vi. eo, quod certo loco. Vet.
Quod metus causa. vi. eo, quod met. causa. in ff. Vet. vel Cod his, quæ vi, met. ve causa.

R

REpetundarum. vi. ad l. Iul. repetund. Nou.
Rerum amotarum. vi. Actione rerum amotarum. Infort.

S

SEcundis tabulis. vi. bonorum possess. secundum tabul. Infort.
Sicarijs. vi. ad l. Cornel. de sicarijs. Nou.
Si certum petatur. vi. rebus creditis. Vet.
Si quis a parente. vi. si a parente. Infort.
S. V. P. vi. seruit. vrb. præd. Vet.
Stellionatus. vi. crimine stellionatus. Nou.

T

TRibutaria act. vi. Actione tributaria. Vet.
Tutela testam. vi. testam. tut. Inf.

IN DECRETAL.

Nouus Index Alphabeticus Regularum iuris in 6. non extans in posteriori Decr. impressione.

A

Be-

In

Po-

FINIS.

E R R A T A.

fol. 37 lin.2. lege sic.
non valeret
ibi. lin.3.testam. aper.
114 lin. antepen. potest
116 lin. antepen. vtilis
138 lin. 3. habet
149 lin.6 a fin. ibi, humanitatis, adde, Euer. in loco ab effectu
157 lin.10.non proderit
158 lin.15. confirmat ea.
165 lin.8. tradere, tradere, non credere
205 lin. 8. quasi probabilis
208 lin.1. dele non
209 lin.5. a fin. dele si.
211 lin.11. erit coram
212 lin.13. temporis
225 lin.2. cuique
228 lin. 9. vterini
229 lin.pen.adde l.133.

FLO-

FLORES SENTENTIARVM OMNIVM

Vtriusque Iuris prudentiæ.

ABBATVM,& Abbatiſſarum Iura,& Priuilegia latiſſime,& luculenter,expenduntur per P. Tamburinum Valumbroſ. in ſuis Codicib. de hac materia nouiſſime elaboratis.

Ablatiuus in conſequentia ponitur, & habetur pro conditione,v. gr,acceptis centum, ideſt,ſi dentur centum l. a teſtatore 108.ff.de cond.& demonſtr. l.euectis 18.ff.de vſur.

Ablatum de facto non inducit permiſſionem auferendi de facto, ſed remedio ciuili opus eſt l. Si filiæ tuæ.x. C.de donat. ante nupt.

Abortus poenæ in extrauag.Six.V.latæ,poſtmodũ moderatę fuerunt per Greg.14.vt procederent in foetu tantum animato; in foetu autem inanimato ſtatuit, ſeruandam eſſe diſpoſitionem Sacrorum Canonũ,& Concil. Trid. Huius dicti occaſione aduertendum videtur, non eſſe veram opinionem Torreblancæ in ſuo Epito.delictorum lib.2.c.43.nu.10. aſſerentis,licere procurare abortum ad euitandam mortem,vel infamiam: quamuis enim ad ſeruandam vitã matris in caſu puerperij non ſit vetitum,etiam cũ timore,& periculo abortus,ſumere,vel exhibere medicinã,ſeu aliud remedium,ſuaptè,& per ſe ordinata ad ſeruandam matrem; ex hoc tamen non ſequitur,licere etiã adhibere remedium, per ſe, ac directe ordinatũ ad

expellendum foetum, cum hoc omni iuri manifeste aduersari; liqueat, non enim sunt facienda mala quale esset in tali casu homicidium in se, vel in sua causa, vt eueniant bona; & ita aperte loquuntur Pet. Nau. Sanch. & alij de hac re formaliter agentes: solũ enim concedunt, licite sumi posse remediũ necessariũ pro salute matris, quamuis per accidens, & præter intẽtionẽ subsequi possit abortus, quod est valde diuersum ab eo, quod perperam ibi docuit Torrebl.

Abrogare est poenitus corrigere, seu remouere, derogare autem est in parte tantum corripere, l. abrogare 102. ff. de verb. & rer. signif.

Absentium magna vtilitas est, ne indefensi maneãt, l. 1. ff. de negot. gest. & inf. Defensor.

Absens reus potest per Procuratorem causam absentiæ reddere l. absens 71. ff. de Procur.

Absentia eius, qui reipubl. causa abest, neq; ei, neq; alij, nocere debet l. absẽtia 133. ff. de reg. iur. Et cõtra eũ nõ fit vẽditio, sed missio l. ignorare 4. C. de restit. mil.

Abesse autem desiit, qui domum redire potuit finito negotio, pro quo absens erat, not. in §. si quis vero in Ciuitate, de act. Inst.

Absentes canonici non percipiunt fructus, neq; ex consuetudine, inf. Canonici.

Absentes posse condemnari, etiã definitiuè, dicitur inf. in vsibus feud. tit. Quomodo in crim. in fi.

Absoluere potius, quam condemnare promptiores, esse debemus l. Arianus ff. de actio. & oblig. notatur. Vnde sanctius esse existimatur, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnare l. absentem, in princ. 5. ff. de poenis, cap. [illegible] de [illegible]

Absur-

Abſurdum ſequitur ad abſurdum glo.in l.Diuortio, in ver.alioquin ff.ſolut.matrim.

Abundans cautela non nocet, l. teſtamentum 17.C.de teſtam.cum ſimil.

A capite edenda eſt ratio, id eſt,cum die, & conſule l. Argentarius §.edi.ff.de edendo.

A capite non licet membra recedere, niſi aliquid ſpeciale ſit in capite,gl.in cap.3. de tempor.ordin. poſt tex.in cap.cum non liceat,12. de præſcript.

Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogat. qua vtriq; contingit ab eodem nexu ſolutio. l. 1. ff. de acceptil. Et facta in diem nullius eſt momenti l. in diem 5. ff.eo.tit.ſicut & ſub conditione fieri non poteſt l.acceptilatio 4. ff.eo.tit.

Acceptilatio facta in fraudem creditorum, qualiter reuocari petatur, vi. Spec.de reb. Eccl.non alien.

Acceptio perſonarum non eſt apud Deum, §. hinc nobis,auth.de monach.coll.pri.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis,l.3.C.de poſit.& l.cum principalis,139. ff.de reg.iur. & l. heres a debitore 22. §. quod ſi ſtipulator ff. de fideiuſ. Sed contra,de lege prima C. de iudic.Tu vide ſcrib. in hanc regulam,Acceſſorium 42. de reg.iur.in 6.fallit autem,quando adeſt diuerſa ratio.

Acceſſoriũ pręſcribitur cũ ſuo pricipali inf.Pręſcribitur.

Acceſſorium non poteſt eſſe maius ſuo principali l. iuſtiſſime §.1.ff.de ędil.edic.Inſtit.de fideiuſſor.§.fideiuſſores,in fin.Contra Inſtit.de re diu.§.purpuram.

Acceſſorium conceditur, conceſſo principali, vide infra conceſſio.

Accidens de raro,dicitur in iure,cenſendum eſſe miraculum, in auth.de conſul.colla.4.

Accidens magis inspicitur, quam natura: l. 1. §. bestias, cum ibi not. ff. de postul. Contra de l. fin. C. de his qui ven. ætat. suę impetr. & de §. pauonum. Instit. de re diuis. & in l. qui 3. ff. de tutel. vbi ex accidentalibus res non est definienda.

Accidentibus frequenter, & vt plurimum, & non raro, iura se adaptā[...]. nam ad ea ff. de legibus Contra de §. Insula, Instit. de re. diuis.

Accipere à nemine valde inhumanū, passim vilissimū, omnia, auarissimū dicitur in l. solet, 6. §. nos vero ff. de off. procons. & leg.

Accipiens aliquid contemplatione mea, a me accepisse videtur, inf. Quod recipis.

Accipiuntur quędā honeste, quæ nô petuntur honeste. inf. v. Quædam.

Accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine, non potest interim promoueri, c. 4. de accusat.

Accusare ponitur aliquando pro agere l. qui accusare, 4. C. de edendo, & e contra, agere, pro accusare. vt ibi not.

Accusatore non extante, nemo damnatur: vnde illud, Mulier, quis te accusat, nemo Domine. l. scripto §. Si quis accusatorem ff. de muner. & honor.

Accusare tertio aliquem reum non est licitum vi. inf. Qui duos.

Accusatoribus falsorum monetariorum promittitur præmium. l. 2. C. de falsa mon.

Accusatorem corrumpens in omni causa, præterquam in poena sanguinis, habetur pro conuicto, nisi appareat ab innocente pecuniam extortam fuisse. l. final. vbi [...]. ff. de præuaricator.

Accusatus non potest aliquem accusare, pendente illa accusa-

cusatione l. accusatio 6. C. de his, qui accus. ō possūt, nam relatione crimi ū non urgatur crimé l. s. qui reus ff. de publ. iudic. Intellige hoc de pari, vel minori crimine; secus autem de maiori, vel, si suam, vel aliorum iniuriam prosequatur. l. fin. de testib.

Accusator in quinque peccare p̄ōt; aut errore decipitur, aut temeritate, aut calore iracundiæ ad accusandū prouocatur, aut calumniatur, aut p̄ęuaricatur, aut tergiuersatur. Sed si in omnib. his casibus desistat, impetrata abolitione quacunque non punitur, nec infamis est, vt C. de abolit. l. 1 & 2. Et si nō impetrauit abolitionem, parcitur ei in duobus primis casib. vt in c. Si quem poenituerit §. notandum 2. q. 3. Secus autem si est calumniator, vel tergiuersator, nam calumniator tenetur ad poenam talionis, vt eod. cap. & quæst. c. 2. & 3. Præuaricator postea non pōt aliquem accusare, & extra ordinem punitur, vt in d. §. notandū. Tergiuersator punitur in quinque Libris auri. l. 3. ff. de præuaricator. in fi.

Acquirendum facilius impeditur, quam acquisitum, l. patri furioso ff de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & l. 1. §. casum ff. de postul. Contra de l. non distinguimus, §. Sacerdotio ff. de recep. arb. & l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fune.

Acta sunt perpetua, in Spec. de reprob. §. videndū: vers. Hoc quoq; & seq. Et de instrum. editio. illud autem § satis vti iter, vers. Item quod & vers. In quibus.

Actio creditoris inanis est, quam excludit inopia debitoris l. naturalis 6. ff. de dolo.

Actio de dolo non patitur, aliam actionem secum concurrere l. 1. 1 fi. ff. de dolo.

Sine actione nemo experitur, l. Si pupilli §. videamus

ff.de negot.gest.Fallit.exceptione opposita,v.Excep.

Actio edita speciem futuræ litis demonstrat. C. de edendo l.2.

Actio iniuriarum non competit heredi. ff.Si quis caut. l.Si eum in iudicio x. §.qui iniuriarum.

Actio iniuriarum datur contra iudicem,qui volentẽ fideiubere tenet in carcere,Bar.in l.Si vero §.Qui pro rei,in 3.not.ff.Qui satisd.cog.quod notat Alex.cõtra indoctos in l.1.ff.Si quis in ius voc.non ier.

Actio personalis diuiditur pro rata inter heredes debitoris,sed nõ realis hypotecaria, quæ in solidũ durat contra omnes l.prima C.Si vnus ex plur.hered.ꝙ est not. in casu debitoris,cui plures heredes succedunt.

Actio præscriptis verbis ex incerto contractu nascitur, l.6.C.de rerum permut.& quod in tribus negotiorũ casibus locum habeat,vi.gl.Instit.de interdictis §.fi. in ver. Vtilis actio,in medio.

Actio proprie dicitur personalis tantum ; petitio in rem; persecutio vtriusq; causa,l. actionũ genera, 24. ff.de act. & oblig. & l, actio in personam 27. Azo. in Summa C.de edendo.

Actio semel extincta non reuiuiscit amplius, l.si vnus §. Sed si pactum ff.de pactis,ff. de noxali act. l. electio, cum ibi not.Contra de not. per gl.in l,metum, la 3. §.Violenti ff.quod met.cau.

Actiones omnes,quæ morte, aut tẽpore pereunt,semel inclusæ iudicio,saluæ permanent,ead.reg.iur, 182.

Actiones sequuntur vniuersalem heredem, non particularem ff.ad Trebell. l.1. §.Si heres,cum ibi not.

Actiones creditorum , seu causæ , non debent differri, Instit.de bon.posses.§.cum igitur.

Actor agit quando vult, sed reus non l. pure §. fin. ff.

ff. de do. mali. except. & l. Si quando 2. C. de dilat.

Actor sequitur forum rei, intellige in act. personali C. de iurisd. omn. iud. l. in criminali. Et cap. sane, de foro compet. Et quod dicitur in l. fin, Cod. vbi rem. & c. cum sit generale, de fo. compet. quod sequitur forum rei situatæ, intelligitur de act. reali.

Actori incumbit onus probandi l. Qui accusare 4. C. de edendo Contra, immo vtriq; incumbit onus probandi l. vbi C. ad l. falcid. & l. fallaciter C. de abolit.

Actor, & reus si concurrant simul in probando, tunc probationes Actoris prius recipiuntur. Spec. de probat. §. 1. versic. xj. Bald. in l. exceptionem 2. col. C. de probat.

Actori in principio litis, vtriq; in medio, in fine, reo fauetur l. de die, in princ. vbi Bart. ff. qui satisda. cog. Idẽ Bart. in l. inter stipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. gl. in c. cum ad sedem, de restit. spoli. Bar. late in l. exigendi, C. de procur.

Actore non probante reus absoluitur l. 4. Qui accusare C. de edendo l. actori 23. C. de probat. Contra ff. de edendo l. Quisquam & l. 1. §. edenda, eo. tit.

Actui propinqua potentia dicitur actus, vi. inf. Potentia.

Actum potius, quam dictum, sequendum est l. Sed Celsus 6. §. 1. ff. de contrahen. empt.

Actu ex vno non potest quis iudicari bonus, vel malus, vid. inf. Non potest quis ex vnico.

Actũ nihil dicitur donec aliquid superest agendũ. l. fin. in fin. C. de his, quibus vt indig. Intel. quãdo superest agendũ aliquod substantiale l. 1. ff. de lib. & post.

Actum facere in termino, vel in continenti post

post illũ, paria sunt; gl. in l. Pōponius xi. a d ff. v. Cōtestationē de procura. & in §. tutor, Inst. de auct. tut.

Actus initium potius, quā finis attenditur c. factū legitime 73. de reg. iur. in 6. & l. nam origo, de eo, quod vi, aut clam.

Actus illicitus quamuis habeat bonum exitum, adhuc tamen punitur l. desertorē §. in bello, de re milit. vbi glos. in v. cesserit. & Abb. in c. bene. 2. de postul. Prael. afferunt multa exempla.

Actus, qui fieri potest nomine proprio, & alieno, pręsumitur factus nomine proprio. l. si pactum, de probat. l. si non verū, & l. filij. C. de donat. int. vir. & vxor.

Actus secundum naturam sui subiecti regulatur, l. eius, ff. de oper. lib. Contra, ff. ad l. Aquil. l. 2. in fine.

Adiectiuum refertur ad omnia praecedentia, licet sit diuersi numeri, si cōueniat omnibus, l. heres meus, 98. §. pe. ff. de leg. 3.

Adiūcti ratione permittitur, quod alias negaretur. l. Si quis, qui duos ff. de liberat. legata, & e contra, cū solutione contrarij in gl. l. Imperator. §. Seruari ff. de statu hominum, & inf. v. permittere.

Ad praesens oua, cras pullis sunt meliora ff. de transac. l. cum hi 8.

Aduena nemo Romae, quae patria communis est, gl. in l. Legationis ff. de iudicijs.

Aduersarius proprie dicitur, is qui in iudicio contendit, secus si extra iudicium, l. cum aliquis. 21. C. de iure delib. tenet Felyn. in c. cum super 23. de offi. deleg.

Adulterium proprie dicitur in nupta: quasi transitus ad alterius thorum: stuprum in virgine, vel vidua. ff. ad

l. iul.

l.iul.de adul.l. inter liberas:pro hoc gl.super rubr.C. eo. tit.

Aduocatorum officium necessarium, & laudabile est.l. Laudabile.4. in princ. C.de aduo.diuer.iud.

Aduocati corporaliter iurent, quod circa id, quod verum, & iustū putauerint, omnē præstabunt diligentiam,& si causa iniusta visa fuerit,eam deserent, qua deserta, non est clienti licitum recipere alios aduocatos,l.rem non nouam.12.C.de iudic.

Aduocatus pessimam causam facit videri bonam, & e contra.l. quod sinolis 31.§. culpā autem omnē.ff.de edi. ędic.vbi not.& dicit Abbas, in glo.vel proem. decre. in princ. quod sinistra suspicio oritur contra diffusius & plura, quàm necesse sit,allegantem & facit videri iniustam causam.

Aduocatos audiendi ordo seruandus est, vt omnium desiderium audiatur l.nec quicquam §.obseruare ff. de offic.proconf.

Aduocatus cogitur ferre patrocinium gratuitum pro pauperibus. Felin.in rubrica, de offi.ord.

Aduocatum non decet loqui sine aliqua præfatione,l.1. ff.de orig.iur.

Ædificare domū intra annum, puta, promittens, cuius partem aliquā iā ædificatā ignis cōsumpsit, habebit integrū tēpus,& nō reliquū tantum, quod deficerat anno integro iā coepto.Et hoc procedit,quā lo periculū erat promissoris,l.& ideo,is ff.de verb.oblig.

Æquipollens multos habet effectus, quorum nonnulli remissiue tanguntur inf.ver.Nihil interest.

Æquitas nō scripta pręfertur rigori scripto, videlicet,si pro ea est præsumptio, gl.pen.in c.suscitata 6. de rescript.

stit.in integr.Domin.in c.disciplina,dist.45. At regulariter æquitas non scripta non attenditur contra rigorem scriptum.

Æquitas est attendere potius sensus,quam verba. apost. ad l.3. §.Si quis ff. de condict.cau. data.

Æs nostrũ est,quod nobis ab alijs debetur:ęs alienũ est quod alijs debemus cedere diem 213 ff.de ver.signif.

Æstas incipit ab ęquinoctio vernali,& finitur in ęquinoctio Autũnali. Et ita senis mensibus æstas atque hyẽs diuidirur, l. 1. æstatem, ff.de aqua quoti. & æsti.

Ætatem legitimam habens, in qua debetur ei aliquid, intelligitur de ætate naturali, non ciuili, idest, quæ suppletur à beneficio Principis, l. 2. & 3. C. de his, qui ven. ætat.

Affectionis ratio habetur etiam in iudicijs stricti iuris, no. in l.& tantum,§.1.ff.de seruo corrup.

Affectionis par causa remouet suspicionem, inf. Par causa.

Affectus tantum punitur sicut effectus, C.ad l.cor. de sica. l. is,qui cum telo. 7.

Affectus non punitur, nisi sequatur effectus, l. cogitationis,ff, de pœ.& ff.quod quisque iur.l.1.in fi. Contra de §.bestias,in l.1.ff.de postu.in glo.Intellige,vbi lex sic exprimit.

Affectus punitur vltra quam se extendat, l. quoniam multa 6.C.ad lęg.Iul.de vi.pub.& priua.quia,qui solam possessionem habere affectauit, & non occidere,punitur capitali supplicio;vnde,voluntas,& propositum hic non distinguunt maleficium, quod est alibi,vt ff. ad l.Cor.de sica.§.diuus l. 1.

Affirmanti incumbit probatio, non neganti, l. 2. ff.de probat.

Afflicto

Afflicto nõ eſt danda afflictio, c. ex parte, de cle. ægro. l. Diuus, in princ. ff. de offic. præſid. & ff. de iuriſd om. iud. in l. ſi idem.

Agendi, vel excipiẽdi modus attendendus eſt ſemper, & ad quem finem tendat; gl. c. ad fin. in c. hoc quippe, 3. q. 6. quam appellat Bal. valde ſingul. in l. Papinianus 14. pen. col. C. de ſent. & cap. paſtoralis, extra, de except.

Agere quis dicitur per litis conteſtationem, l. item illa, ſ. fin. ff. de conſti. pec. Iaſ. in l. ita domum, in 2. col. C. de procur.

Agentes, & conſentientes, pari pœna puniuntur, cap. quia quæſitum, de offi. deleg. ſic. 2. q. 1. notum. 81. diſt. facientes, ar. contra, quòd magis puniũtur conſentientes, quàm agentes, 24. q. 4. qui aliorum, & 11. q. 3. qui conſentit, l. quid autem 3. ff. de his, qui no. infa. & Inſti. de fur. ſ. is, qui. Ad hoc not. quòd quadruplex eſt conſenſus, ſcilicet negligentiæ, conſilij, cooperationis, & authoritatis, ſeu defenſionis. In primo caſu, ſcilicet negligentiæ, minus peccat conſentiens, quàm faciens: niſi forte negligentia nimis craſſa fuerit: vt in Prælato, vt 1. q. 1. quicquid inuiſibilis, & 88. diſt. conſentire. & c. nihil. In ſecũdo caſu, ſcilicet, conſilij, minus punitur: plus tamen, quàm negligens, art. 86. diſ, tanta. In tertio caſu cooperationis, æqualiter peccant facientes, & conſentientes: & ſecundũ hoc intelliguntur omnes authoritates, quæ dicunt, quòd æqualiter puniuntur. In quarto caſu authoritatis: ſiue defenſionis, magis peccat cõſentiens defendẽdo, & authoritatem præſtando, quàm faciens: & magis puniendus eſt 24. q. 3. qui aliorum, & 11. q. 3. qui conſentit.

Agere

Agere caute pauca melius est, quam multis interesse periculosis. l.2 C. de ver.iu.enucl.

Alearum vsus res antiqua est, in auth, alearum vsus, C. de re.& sumpt.fu.& aleæ vsu.

Alienum factum nemo promittere potest, insti.de inuti. stipu. §.si quis alium, & ff. de verb.signifi. l. stipulatio ista, in princ.

Alimenta cessant. si is cui debentur, potest a iunde sustentari. l.5 § sed si & §. solent, ff. de lib.agn.

Alimenta si denegat vir dare vxori excommunicatur de iure canonico, glo. est in l. si cum dotem 23 §. si autem, in ver. quantitatem, ff. sol. matrim,

Aliud est pœna, & aliud est fraus. nam fraus sine pœna esse potest, pœna autem sine fraude esse non potest. Pœna enim est noxæ vindicta. sed fraus ipsa noxa dicitur & quasi pœnæ quædam præparatio, l. aliud est fraus. ff. de ver. sign.

Aliud pro alio soluitur inuito creditore, C. de dona. l. si quis argentum, in principio & ff. de leg. 1. l. si domus, §. qui confitetur & l. mihi es ce re iudicata.

Aliud pro alio inuito creditori solui nõ potest, l. eum, à quo 13. cũ l. seq. C. de solutio. ff si certũ pe. l. 2. §. 1. C. de secun. nu. auth sed si aurum. Fallit. ff. de reg. iur. l. non dubium § si. cum multis alleg. glo. dictæ leg. eũ, à quo, C. de solutionib. & liberat.

Aliud est hoc simplex aliud hoc tale. l. multũ interest, 6. C si quis alteri, vel sibi.

Aliud est reddere, aliud est de suo dare, ff. depo. l. 1. §. eleganter. Contra, ff. de verb. sign l. verbũ §. reddendi, & ff. de aur. & arg. leg. in prin. l. qui vxor. 19.

Allegans impossibile non auditur, l. confessionibus, cũ all. g.

alleg. ff de interro. ac. & l. inde Neratius §. fi. in g'. ff. ad leg. Aquil.

Allegans in confuso, & ad balistas, dicitur ligare arenã sine cemento.

Allegationibus diuersis concurrentibus incipiendũ est à canonibus, tamquam dignioribus, vi. i f. Vb'.

Allegans impedimentum non excusatur, probando impedimentum, nisi probet, se adhibuisse diligentiam, & non potuisse actum expedire, Inn. in cap. ex transmissa 10. de præscrip. & glo. in cap. cupientes 16. §. quod si per 20. in verbo, proposita, de elect. in 6.

Allegans frustatoria non auditur, l. v't'. quando prouo. non est necesse. iuncto tex. in c. consuluit, 24. de offic. deleg. facit cle. sæpe, de verbo. signifi. & tex. in l. ni, qui fisco, C. de conuer. fis. debit.

Allegans contraria non auditur, C. de fur. l. i ff de cond. & demon. Titius 99. Contra ff. de inof. test. l. Papinianus §. sed nec impuberis ff. de colla. bo. l. nunquam.

Allegans turpitudinem suam non auditur, inf. Turpitud.

Altare vnum non debet discooperiri, vt aliud cooperiatur, l fi. §. sed & si quis & ibi Bal in 3. co. in ver. 10. quòd non debet, C. commu nia. de leg. ett is nile in l. si autem, x. in fi. de aqua p'u. arc.

Altaria superflua in Ecclesijs destrui mandantur in c. Ecclesię 17 de consecr. dist. t.

Alternatiuæ natura est, quòd ponatur inter diuersa, l. hæc verba, l. le ff. de verbo. signi.

Alternatiua petitio non est admittenda, ff. de flip. ser. l.

fi

si ita, & ff.de testam. tut. l. tutor Ita recte 23. ff. de iniur. l.prætor edixit, §. quod autem. Et ibi vid concord.in glo.

In alternatiuis est electio promissorum, l. si in emptione, §. emptio, de contrahen. empr. ff. de eo, quod certo lo. l. non vtique, primo respons. & potest mutare voluntatem, ff. de ver. obli. l. eum, qui §. fin.

In alternatiuis sufficit alteram partem adimplere, l.generaliter 6. C.de instit.

Alterum, vnum ex duob. & non eundem, sed alium ex eis.

Alterutrum de duobus quem velit, & eundem, & aliũ, glo. in l. se, ex toto, §. 1. ff. de leg. 1. & ibi Bar. no. eam.

Amabile bonum, cuique autem proprium. Et communia communiter negliguntur.

Ambiguis in orationibus, accipienda est mens proferentis, l.inter stipulantem 83. §. 1. ff. de verb.ob. & de regulis iu.l.in ambiguis 86.Contra.ff.de pac.l.veteribus, 39. cum alleg.

In ambiguis rebus humanior sententia est præferenda, ff.de reg.iu.l.si fuerit, in fi.

Ambulatoria est defuncti voluntas, vsque ad vltimum vitæ exitum, vt ff. de ademptione libert. l. 4. §. fin.

Amicus dicitur frater, vel habetur tanquam frater, l. nemo dubitat, ff. de here. Instit. facit, l. latæ culpæ, §. amicos, ff. de verbor. signifi. vbi amicus dicitur esse ille, qui honestis rationibus familiaritatis est coniunctus.

Amicus ex mente debet perpendere voluntatem ami-

ci sui, & seruare, alias non est bonus amicus, l. Pamphilo, ff. de leg. 3.

Amicus filio nemo est maior patre suo, inf. filius.

Amicus clam de amico conqueratur, Cle. 1. §. 1. de iur. iur.

Amittere rem non dicitur, cuius propria non fuit, inf. Non videtur.

Amor paternus vincit omnem alium, l. isti quidem, §. fi. ff. quod me. cau. in Spe. de procur. §. 2. ver. sed quando, l. fi. in prin. C. de cura furi. quod est verum etiam si sint inuicem inimici, Cy. in l. propter insidia, C. qui accus. non pos.

Amor calefacit, in auth. quibus modis nat. effic. libe. §. illud.

Angelorum chorus decimus legitur in cap. hi duo, de conser. dist. 1. Non tamen inuenitur chorus decimus; sed quia tot ceciderunt ex omnibus choris, vt vnum integrum possent constituere; vt ibi notatur.

Angustia temporis aliquando vitiat stipulatum, ff. de verb. oblig. l. continuus, §. cum ita, & Instit. eod. §. loca.

Animalia naturalis iuris peritia censentur, l. 1. ff. de iusti. & iure, §. penul.

Anima est præferenda cæteris rebus, C. de sacrosanct. Eccl. l. sancimus, §. penul.

Animus, & intentio agentis ex dictis ante colligitur. inf. Intentio.

Annalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, ff. de doli mali except. l. pure, §. fi. Innoc. in c. sæpe M. B. vers. Nec mirum, de appell.

Annua si debes, exordia perspicis anni. Annuo si debes

in

in fine teneberis anni. Glo. not. hos versus, Inst. de verbo. oblig. §. sed & si ita.

Annuum debeatur in initio cuiusque anni, an in fine, tex. in l. nec semel 12. ff. quando dies leg. ced. dicit, considerandam esse mentem testatoris, cuius causa talem legati dilationem fecit: vt si videatur voluisse releuare heredem, teneatur in fine: si vero voluit prouidere legatario, teneatur in initio.

Annuum quando relinquitur, sunt plura legata; sed si stipulamur, est vna stipulatio, l. Senatus, §. fi. ff. de do. causa mor. quia in stipulatione cedit semel dies ad hoc, vt debeatur, l. si filius fa. 78. ff. de verb. obl. in legato autem cadit singulis annis, l. cum in annos 10. l. nec semel 12. ff. quando dies leg. cedat.

Ante primum nihil est, in procę. ff. eod. §. nos vero; & ff. de verb. sig. l. proximus. 92.

Antiquius præfertur, Inst. de re 3. diu. §. singulorum, ergo dignius, facit, l. semper 5. ff. de iure immuni, non tamen semper præfertur antiquius; neque est dignius, authen. de monachis, §. fin. in princ. col. 1.

Antiqui possunt corrigere minores de malis moribus, l. 1. C. de emendatione propinq.

De apicibus iuris non est curandum, ff. mandati l. si fidei vssor, §. quædam 29. ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus.

Appellatione alicuius amabilis, vel e contra, odibilis nominis, præsumitur aliquando pro eius prudentia, vel stultitia: exemplum est in l. facta 63. §. si vero nominis, vbi gl. & in l. sciendum 7. ad Trebel.

Appel-

Appellatione carbonum materia non continetur, l.carbonum appellatio,ff.eod.

Appellatione domini filius continetur,l.1.§.domini appellationem,ff.ad Sena.Consul.Sillan.

Appellatione familiæ,& ipse princeps familię continetur,l.familiæ appellatione,ff. eod.

Appellatione filij in odiosis non venit nepos,si ratio odij in eo cessat,l.fin.C.de natural.liberis.

Appellatione fratris,& soror cõtinetur, l.tres fratres,ff.de pact.l.Lucius,§.quæsitum, ff.de leg.3. l.Lucius,in prin. ff.fa.her. l.Lucius, §.Menia.el. 2 ff.ad Treb. & quid in Statutis, Vide omnino pro & contra multa per Decium in l.2.nu.19.ff. de reg.iur.& Iaso.in d. l. tres fratres, vbi latissime limitat.

Appellatione fundi omne ædificium,& omnis ager continetur,l.fundi appellatione,ff.eod. de verb. signif.

Appellatione hereditatis, etiam damnosa hereditas continetur,l.hereditatis appellatio,ff.e o.

Appellatione hereditatis bonorum possessio continetur,l.hereditatis appellatio,ff.eod.

Appellatione liberti,& liberta continetur, l.liberti,ff.eod.

Appellatione hominis, tam fœmina, quam masculus,continetur,l.hominis,ff.de verb.sign. An autem comprehendat posthumum, dic,quod non; casus est in l.cum inter, ibi, homo fieri speratur, C.de fideic.lib.

Appellatione liberorum nepotes, & pronepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur, l. liberorum appellatione,ff.eo.

Appellatione mulieris, & virgo viripotens continetur, ff. de verb. sig. l. mulierum.

Appellatione mulorum, & mulæ continentur, quemadmodum appellatione seruorum & seruæ continentur, & ita sub masculino genere continetur fœmininum. iur. vulgar.

Appellatione parentum non tantum pater, & auus & proauus, continetur: sed & mater, & auia, & proauia, l. parentum appellatione, ff. eod. sicut etiam appellatione patroni, & patrona continetur, l. patroni, ff. eo. de verb. signif.

Appellatione partis, vel portionis dimidia pars continetur, l. nomen filiarum §. portionis. ff. eod.

Appellatione pecuniæ omnis res signatur, ff. de calumnia, l. 1. & C. de consti. pec. l. receptitia. §. & neminem. Et de iure canonico est tex. in c. totũ quicquid, 1. q. 30.

Appellatione filij omnes liberi continentur, etiam nepotes, l. vxorem, §. cum concubina de leg. 3. l. filij, ff. eod.

Appellatione præsidis continetur quilibet rector prouinciæ, l. 1. ff. de offi. præsi.

Appellatione rei, & pars continetur, l. appellatione rei, ff. de verbo. signi.

Appellatione rei persona continetur. Vide notabile dictum in Appostil. ad Bar. in l. & seruorum, ff. de sta. homin. l. omnia. §. fi. ff. de leg. 2. l. Paulus. §. si ff. de pig. & tex. in c. cognoscentes, ibi, rem, vbi no. Feli. & Deci. de consti. Contra de. l. serui electione, §. Labeo. & ibi not. Ias in 2. nota. de lega. & fideic. responde, vt per ipsum.

Appel-

Appellatione rerum mobilium, & immobiliũ, non veniunt actiones, & iura, l. à diuo Pio, §. in venditione, ff de re. iudic.

Appellatione teli continetur ferrum, fustis, lapis, & omne, quod nocendi causa habetur, l. si pignore, ff. de furtis.

Appellatione tigni omnis materia cõtinetur, ex qua ędificia constant, l. tigni appellat. ff. de verb. sign.

Appellantis heres habet 4. menses vltra tẽpus concessum appellanti, qui currunt elapso tempore, quod datur heredibus ad deliberandum, l. fin. C. si pend. appell.

Appellationis remedio extinguitur pronuntiatũ, l. 1. in fin. ff. ad Turp. l. 2. ff. de pœn. Contra, ff. de his, qui not. infa. l. furti, secundo respõso. in fi. quia suspenditur, & ideo si prosequitur, retro habet effectum, C de tempo. appell. l. fi. §. illud.

Appellans à Iudice in vna causa, potest in alia conueniri coram eodem, nisi eum recuset, vt suspectum, c. 6. de appell.

Appellans in vna causa, potest in alijs habere iudicẽ suspectum, nisi conueniatur de crimine manifesto, in quo non cadit suspicio, nec excusatio, vt si imponatur pœna iuris surgens ipso facto, c. 24. eo. de appell.

Appellatur à collatione Capituli ad Episcopum, si vt Canonicus interfuit, secus, si vt Prȩlatus, c. xj. de appell. in 6.

Appellare nullus potest ab aliquo Iudice, nisi grauetur, extra de appell. vt debitus.

Non appellatur à sententia interlocutoria, C. de Episc. aud. l. 2, & l. non recipi. C. de appel. Contra

ff.qui satisda.cog.l.Arbitrio,& l. 2. ff. de appella. recip. vel nõ reci. De iure canonico, vide in cap. cordi, extra, de appel.lib.6.

Approbare quis dicitur facta ab alio nomine suo, si cum primum nouit, non contradicit, gl. margin. in l.12. §.Iulianus ait ff rem ratam haberi.

Approbari potest factum, & eius qualitas reprobari, Bal.in l.1.col.2.ver.item potest quis, C.de fur.

Approbatus reprobari non potest, c.quemadmodum, de iure iur.glo.latissimè, in c.2. de excep.l. si vxor. in fin. ff.de adult. & l.Pomponius, ff.de nego. gest. Contra de.l.gradatim. §. reprobari, ff.de muner.& honor. dic, vt per glo. & doct. d.c.2.

Aptius ad bonum propinquius est bono aptitudine, quàm id, quod est minus aptum: quia cum instrumenta conueniétiora habeat ad bonum, facilius excitatur ad actum, cum præexistat in potentia, l si ita, §.si sub conditione, ff, de leg.2. Bald.in c.1.de constit.in tract. fratrum, titu.primo.

Arbiter quãdoque accipitur pro Iudice delegato, ff.de iudic.l.finali.

Ab Arbitri sententia non appellatur, C.de arb.l.1. &, ff,de arb.l.diem, § stari Contra, de lege, ab arbitrio, ff.qui satis.cog. C.de iud.l.1.

Arbitrio Iudicis nihil relinquere, sed omnia determinare per leges certas, multo melius est, inf. Melius.

Arbitria, & iudicia in multis sunt similia, l.1. ff.de Arbitris.

Ardua

Ardua examinari committit Princeps,& sibi deliberationem reseruat l. 1. C.vectigalia nou.

Argumentum à contrario sensu fortissimum est in iure,l. 1.§.huius rei,ff.de officio eius,cui manda. est ine sd. Inst.de liberti. in princ. est clarior tex. in l inter socerum,§.cum inter, ff. de pact. dot. C.de Episc.& Cler. l.conuenticulam, & l.nemo, C.de iud.

Argumentum à contrario sensu an,& quando locũ habeat,vide Spec.de disp.& alleg.§.nõ est,versi. vel non obstat, & Alexand. in l. 1. de offic. eius, vbi ponit, an procedat in rescr. in sent. in contract.& vlt.volunt.

Argumentum ab identitate rationis in odiosis non valet,etiam si omnimoda similitudo esset. Ioan.And.in regul. odia,de reg.iur. Ant.de Bur. in c.fi.de consuetudi.

Argumentum per simile dissoluitur per dissimile, C.de commer.l.2.extra,qui fil.sint leg. c. per venerabilem,in antiquis.

Argumentum à contrarijs an valeat, vide Bald. in l. conuenticulam , in 2. col. in fin. vers. Item est argum. à contrariis, C. de Episc.& Cler.& in l.eam, quàm 12. colum.in vers. Item dubitatur. C.de fideicom.

Argumentorum loci in vniuersum latissimè pertractantur ab Euerardo in sua Centuria. vbi videas.

Argumentum valet à Clericis antiqui Testamenti, ad Clericos hodiernos; In casibus à iure expressis,vt in c.nouum genus,de decimis,& ibi notat Abbas;& confirmatur c.2. dist.80.

Arma magis, quam iura, miles scire debet, l. sancimus, in princ. C. de iure deliberandi.

Arma Clericorum debent esse lacrymæ, c. conuenior, 23. q. 8.

Armis arma repellere licet, ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. vim & l. 3. §. cum ergo, eod. tit.

Arrharum datione res non desinit esse integra, sed sic per solutionem partis pretij, l. 1. & 2. C. quan. lic. ab empt. disced.

Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse no. glo. patris adopto suum, sed patris permanet idem, Inst. de adop. §. Imperatoris auctoritate.

Ars mathematica, vel diuinalis, quod idem est, dānabilis, & interdicta est C. de male. & mathe. l. 2.

Ars imitatur naturam, inquantum potest, Institut. de adopt. §. minorem.

Ars fit ex experientia, vide Spe. in prohem 4. partis.

Ars, & natura nihil frustra operatur, l. qui bis idem, ff. de verb oblig.

Artifex commendat opus suum, ff. de integr. restit. l. 1.

Artifices eligendi sunt pro magnitudine rei, l. 1. §. 1. C. de no. codi. faci.

Artifex præsumitur viuere ex artificio, glo. in l. Si quis argentum, C. de dona. in verbo, quantum.

Artificium omne per exercitium recipit incremētum, vulg. dictum, inf. Omne artificium.

Asserere aliquis firmiter non debet, quod ignorat, ff. de act. empt. & vendi. l. Iulianus, §. Quidam tamen.

Assertio partis an veniat appellatione probationis, late, Crot. in l. si constante, in 14. col. sol. mat.

Ad

Ad ea,quæ nõ habent atrocitatẽ facinoris, vel sceleris,in his ignoscitur seruis, siue dominis, siue his,qui vicedominorum sunt,veluti tutoribus,& curatoribus, obtẽperauerint,de reg.iur.l.ad ea.

Attenditur,seu cõsideratur res varijs modis. Euerard.in loco;Quo nomine,& vi.Inf.inspicitur,& v. Quod videtur ; & per totum.

Attenditur principale , non accessorium interueniens, inf. v. Originali , & v. Quando in aliquo actu.

Attinentes qui dicantur, Bal. in c.litteris, de testi. vide Barba.in l.cum acutissimi,in fi.col. C.de fideicom.

Auaritia est radix omnium malorum, vel mater, in auth.vt iudices sine quoquo suffrag §.fin.col.2.

Audacia,quæ vertitur circa licita,approbatur,ff.de lib.& posthu.l.gallus §. videndum.Sed audacia circa illicita reprobatur , l.si quis in tantam, C. vnde vi.

Ad augumentationem delicti sequitur augumentatio pœnæ,C.de ser.fug.l.quicũque,C.de Episc. aud.l.3.

Auctoritate propria rem capere potens, in alium potest eam transferre,notab. gl. marg.ad l.1. in fin.ff.de oper.no.nũt.

Auctoritate Doctorum deficiente , quid faciendũ, vi inf.v. Doctorum.

Auctoritates Philosophorum & Poetarum,sunt tenendæ, & allegandæ, l.septimo mense , ff.de sta. homi.l.si pater, ff. de solu. Adde l.Fulcinius,ff ex qui.cau.in pos.ea.& l. si vxor,ff.de adult. Contra C.de contrahen.emp. & ven.l.fin. de.l. si socie-

tatem,ff.pro socio, C.de do.pro l.3.

Auctoritati rusticorũ creditur,ff.de leg.3.l.si chorus

Auctoritas scribentium in humanitate interdum à doctoribus adducitur. Ias.in l.qui accusare,C.de eden.glo.in l.gallus,inprinc.Bart.in l.Barbarius, ff.de offic.prætoris.

Auctoritates maiorũ non sunt reprobandę.C.ad exhi.l.ad exhibendum,& ff de iudi.l.Iulianus.

Auxilium si quis habet cõmune, non debet ei concedi extra ordinarium,l.in causę,la.2.& ibi no.ff. de mino.25.ann.

Non est inconueniens,quòd duo remedia extraordinaria concedantur circa idem. l. cum filius familias,& ibi gl.ff.si cert.pet.

Auxilium extraordinariũ excluditur ab ordinario, nisi eo sit plenius,gl.marg.ad l.damni infecti.18. ff.de damno inf.

B

BAnnitum capiens potest eius effici Dominus, si permittat loci statutum,inf. Statutum.

Banni,seu exilij tempus,quo ipse bãnitus post sententiam stetit in carcere,computatur in tempus exilij. C.de pœnis. l. 23.

Beatius est dare,quàm accipere. Not.gl.ff.cõmod. in rub.adde tex.in c.prædicator,16.q.1. & c.cũ Marthæ, §.fane, de cele. mis. & ibi glo. ponit sibi versus,Tẽporibus nostris quicũque placere laborat;Det,capiat,querat,plurima,pauca,nihil.

Belli tempore rigor iuris seruari non debet.Vnde est illud, Non potui exaudire leges propter strepitum armorum.

Bene

Bene sẽper vniuersa gerũtur, & competenter, si rei principiũ fiat decens, & amabile Deo, auth. quomodo oporteat, Episc. & Cle. ad sac. ord. col. p.

Benefaciẽtibus nobis benefacere tenemur. Nã beneficij receptor naturaliter obligatur ad antidora. l. sed & si lege §. cõsuluit senatus, ff. de pe. her.

Beneficia danda sunt ciuibus, si sint idonei l. Diuus ff. de tut. & cur.

Beneficia conferre debente Episcopo, & Capitulo cõmuniter, si vnus ipsorũ efficiatur inhabilis, alter confert, c. vnico, ne sed. vac. in 6. Et conferre debens cum consilio Episcopi sine illo confert, morte, vel absentia, ita vt in breui eius presentia haberi non possit, interueniente, c. eod. in fine.

Beneficia Ecclesiarum propter officia diuina constituta fuerunt 12. q. 2. concessio, 16. q. 5. generaliter, & i. q. 2. c. vlti. argum. C. de mili. test. l. pen. & 20. q. 3. c. Cyprianus.

Beneficium principis est latissimè inrerpretandum, de const. princ. l. fi. Contra de l. si quando, C. de inoffi. testam. cum alleg. ibi.

Beneficium principis debet concedi sine alterius præiudicio, ff. ne quid in lo. publ. l. 2. §. si quis a princip. C. de emen. li. l. nec auus. Contra ff. ex quib. caus. maio. l. sciendum, ff. de relig. & sump. funerum, l. si quis sepulcrum.

Beneficium non confertur in inuitum, l. fi. C. vnde leg. & l. nec emere. C. de iu. deli. vide gl. in c. Clericis, de vi. & ho. Cle. quę alleg. bona iura. & limita, vt per Abb. consi. 91. nu 21. parte pri. Sed cõtra hoc videtur facere, l. seruus, ff. de verb. obl. & l. non soluendo, ff. de nego. gest.

Bene

Bene merentibus præmia tribui oportet, vt C.de statuis, & imagini. l. & virtutum præmia, vt statuas erigere, sed expensis eorum, non populi.

Bene velle sufficit, licet non possis bene posse, vt C.de appel. quoniam Iudices.

Benignior sententia in dubio est præferenda, ff. de reg.iur. l.benignior. Vnde & in concessione dilationis quinquennalis benignior sententia creditorum attenditur, inf. Dilationes.

Benignitas rigori præfertur, l.fin. in fi. ff. de offic. præsi. & C.de iudi. l.placuit, & ff.de pac. l.maiorem.

Benignius leges interpretandæ sunt, vt voluntas earum conseruetur, l.benignius, ff.de leg. & Senator.

Bis factum dicitur frequenter factum & ter factum dicitur sæpissime factũ, Rochus, vbi plura alleg. in c.fi.in 77. col.in fi.de consuet.

Bona Ecclesiæ sunt bona pauperum, in auth.de emphit.conc.collat.2.

Bona Presbyterorum, vel Clericorum, sine herede decedentium, Ecclesijs debent assignari, l.si quis Presbyter, C.de Episc.& Cler.

Bona vsurarij an sint tacite hypothecata pro vsurarum restitutione, & quomodo, & qualiter distribuantur, & an possint alienari, Bald.in l. executorem, C.de execu.rei iudic.in 1.col. quod sic: Item quid de emptis ex pecuniis vsurariis, vide eundem Bald.vt supra.

Bonafides in contractibus est seruãda, C.Deposi.l. bonafides, & C.de act.& obli.l.bonã fidẽ. Cõtra de l.in causę & l.3. §. pen. cũ ibi alleg. ff.de mil. testam.

Bona

Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, ff. de re.iu.l.bona fides & eod.titu.lib.6. Contra, Inst. si quadr pau.fecisse dic.§.fin.

Bona fides tantum possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est.

Boni iudicis interest lites dirimere, C. de iudic. l. properandum, & l.si quidam, ff. si cert.pet.

Boni mores præualent diuitiis, l.scire oportet, §. cum reliquis, ff.de tut.& cur.

Bonum quid quanto melius est, tanto in plura, & distantiora diffunditur, S.Tom.3 p q 1. art.1. in corp.& l vnica, in fi.C.de caduc.toll. & in auth. de restit.& ea, quæ par.Coll 4.

Bonum est coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant. C.de bonis, quæ liber.l.cum non solum'§.ipsum autem.

Bonum est habere bonum nomen, C de sum.tri. & fi.ca.l.1.§.hanc enim legem, vide gl.in proe. cle. & prouer.22.

Bonum initium est spectandum: Insti de vsucap. §. diuturna, & C.de vsucap.transf.l.vnica.

Bonum publicum & commune, præferendum est priuato, in auth.de non ali.& permuta. §. oportet enim, col.2.

Bonum voluntarium est magis pręmiandum, quā necessariū. ff de oper.lib.l 3.& l:mater. Contra de l. si fideiussor.§.si necessaria, ff qui satisda.cogan.

Bonis suis expoliatus non debet in solidum damnari, Inst.de act §.vlt.

Bonus non est, qui malos non tolerat.23.q. 4. hæc autem vita, & c.tu bonus.

Bonus præsumitur, qui de bono genere natus est, in

in Authen.de referen.collat.2.in fi.gl.ff.de alim. & ciba.l.cum vnus,adde text.in l.quod si nouit, §.qui mandat. ff.de edil.edict.& ibi glos.

Boues aratorij, & alia necessaria ad agriculturam non possunt capi pro executione sententiæ, l. 1. C.quæ res pignori.

Boues magis armentorum,quam iumentorum nomine appellantur,ff.de verb.sig.l.boues.

Breuitate gaudent moderni.l.1.,in gl. ff.quod met. cau.eum ibi alleg.

C

Calamitas matris non debet nocere ei, qui in vtero est, l. & seruorũ.§.fi.ff.de sta.ho.& Iust. de ingenuis,§.contrario.

Calumnia præsumitur eo ipso,quod quis non probat, quod intẽdit,gl.in l. criminis accusationẽ, 15.C.de accusando.

Calumniæ iuramentum non potest a partibus remitti;quia pro publica vtilitate introductum est, & quia dolus futurus non remittitur, auth. principales personæ,C.iuram.calum.

Calliditas non debet alicui prodesse,& alteri nocere,ff.ad exh.l.sed si hereditas. §. interdum,& ff si quis caut.l.si duo.in princ.& ff.de dolo, l. 1. & ff. pro socio,l.verum,§.tempus.

Capitulum,sede vacante, potest instituere præsentatos,licet non cõferre beneficia, c.1. de Institut. in 6.

Captare est aliquid arte,& blanditiis venari,not.in addit. ad l.de fideicommisso, C.transact.

Car-

Carceris custos, vi. inf. Commentariensis.

Caritas ordinata incipit à seipso, C.de ser & aqua. l.praeses.extra, deprehen.& dig c dilecto, in antiquis. Cōtra ff.quod me.cau.l.illi quidam.& Insti. de noxa.ac.§.fin.

Castrum, Qui in Castris est, dicitur esse in morte, inf. Qui est in Castris.

Casus fortuitus non liberat hominē ab obligatione, C. de pignor.acti. l.quae fortuitum, ff.eod.l.si creditor.Contra ff.de furt.l.sub tracta, & ff de cōdi.indeb.l.cum quidam, & ibidem vide, vbi dicitur, liberari debitorem quidem speciei, nō autem generis: quia genus perire non potest, l. in ratione §.incerto, ff.ad l.Falcid.

Casus omissus dispositioni iuris communis relinquitur, l. voluntatis, C. de fideiuss.& ff de li.& post l.commodissime, & l.cum praetor, cum suis simil. ff. de iudi.

Casum dicens casum probare tenetur, l. consulta, C.de testam.

Casus fortuitus nō est cōsiderabilis in alterius detrimentum. Inst.de sent.cons. Tertul.§.Sed nos, vbi est casus notabilis.

Causa mediata est proximor causa remota, l. cum queritur.de except. rei iudic.l.si mulier, ff. rerum amot.Bal.in l. 1.in 3.col. sol. matrim.

Causa non impleta casu fortuito cessat conditio. l. l. penult. C. de cond.ob cau.

Causa est illius, ad quē pertinet emolumentū, l. damnum, §.in propria, ff.quando appellandum sit.

Causa est addēda, quotiēs fit aliquid, ff.de trans. l.cū hi, §.in causa, C.de test.& ff.de suspec.tu. l.4.§.fi.

Causa

Causa proxima denominat rem ab ea dependentē, l.qui ~~supra~~ §.hæc verba, ~~[illegible]~~.

Causæ duæ lucratiuæ non possunt circa idem concurrere, l.61.de solut. Sed fallit in quantitatibus, vt l.si quis 67 eo.tit.

Causæ continentia non debet diuidi, l.nulli. C.de iudic.gl.in l. cum fundum, in fi. ff.de vi arm.

Causa par affectionis suspicionem remouet, ff. de ritu nup.l.non solum, §.de vno.

Causa super rebus, quæ breui tempore corrumpũtur; terminari debet iudicio adeo celeri, quod res non corrumpantur, Bar.in l.si prius, 10.q. de ope.no.nunt.

Causa viduarum non spectat principaliter ad Ecclesiam, nisi quo ad protectionem & defensionē, extra de verb.signif.c.super quibusdam, 87.dist. c 1.& 2.

Causa pauperis est tractanda prius, quam diuitis: vt 16.q.6.delapsis, & C.de Epis.& Cle.si quis ad declinandam.

Causarum merita partium assertione panduntur, C.si per vim.vel alio modo, l.fi. & c.tam literis. de in inte.rest.

Causa naturalis potētior est, quam causa accidentalis, l.3 §.1 ff de test.tutel. Bart. in l. proconsul. ff.de offic.procons.& leg.

Causa debet præcedere effectum, l.neque, C.de furtis, & ff quæ res pig.pos.l.Titius.

Causatum sapit naturam suæ causæ, §.1. Instit. de perpe.& tem.act.

Causa originalis attenditur, non ea, quæ per accidens venit, inf. Originalis.

In pari causa turpitudinis potior est causa possidentis, l.2.in fi.C.de condi.ob tur.cau.C.de tran sact.l.si ob turpem.

Causa ciuilis vltra triennium, Criminalis vltra biennium a lite contestata, non est protelanda, C.de iudic. l. properandum.

Cautela abundans non nocet, C.de testa.l.testator, & l.testamentum, Contra, ff. de re. iu. l. actus.

Cauendum est de eo, quod faciendum est in futuro, l.in omnibus, ff.de iudic.

Cautionis euentus est incertus.l. pupilli, ff.quod cum fal.tut. l.hæc stipulatio, ff.vt legati nomine caueatur.

Cautionis nomine simpliciter prolatæ, venit nuda promissio, non iuratoria, nec fideiussoria.l.3. C.de verb.signif.

Census soluuntur in antiqua moneta, in qua instituti sunt, vel ad eius æstimationem, si illa non est in vsu.c.20. & c.26.de censibus.

Certi debemus esse de facto proprio, l.quisquis. C.de rescind.emp.ff.de acqui.hær. l. sed & si de sua.& l.cum falsum. Contra, immo aliquando est iusta ignorantia in facto proprio, ff de cond. & de.l.sed & si ius ff.de pactis dot. l.inter §.1.

Certitudo dummodo habeatur, non curatur de modo, l.quoties, §.si quis nomen, & ibi Imo. ff. de hered. instit.

Certum est, quod is committit in l.qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, de re.iur.lib.6.

A certo propter incertum non est recedendum, l.si idem. §. quod si mutuo, ff. de iu. om. iud. l. partum.

partnm, C. de rei vend. l. 1. ff. de in lit. iuran.

Cessante causa impedimenti, cessat impedimentũ, l.libertorum,§.1.ff.de his,qui no.infa.l.si thorus, ff.de leg.3 §.fi.Contra de l.2. ff. de mi.l.si serui.ff. de adim.le.& ff.de postu.l.1.§ sexum.

Cessante legis ratione, cessat lex, vel ipsum ius,l.fi. ff.de adul.& l.si maritus,§.scripsit,& C.de prę́scr. long.temporis l.finali.

Cessante necessitate,debet cessare quod vrgebat.1. q.7.quod pro remedio,l.liberorum,cum gl.ff.de his,qui no.infa.Bar.in l.1. ff.sol.ma. c.de Syracusanæ,28.dist.

Chirographum repertum cancellatum,etiam apud debitorem, non probat, l. si Chirographum 24. de fide instrum.

Cicatricum nulla fit æstimatio.quia corpus liberum nullam recipit æstimationem.

Circuitus est vitandus,ff. de condi. inde l.dominus testamento.C.de adopt.l.fi.Contra,ff.ad l. Rho. de iac.l.2.in princ.& ff de vsufru. & quemadmodũ l.si vsufructuarius,in princ, adde, cle.auditor, de rescrip.

Citatio sine die nõ valet,ar.l.ita. ff.de verbo. oblig.

Citatio facta die non feriato,vt fiat actus die feriato, non valet, ar. l.pro parte, ff.de serui. quia res peruenit ad talem casum , à quo incipere non potest.

Citatio si fiat ad aliquem actum, si iste actus aliter geratur,quam sit dictum in citatione, non valet, glos.marg.ad l. aut, qui aliter 5. ff. quod vi , aut clam.qui sane tex.inquit ibi Bartol. deberet scribi litteris aureis .

Cita-

Citatio alternatiua valet.Imo. in cle.causã 8.col.ibi ad secũdũ,de elect.vt si iussit Iudex citare ad domũ,vel personaliter;sed citatio debet esse certa.

Citatio verbalis nõ potest fieri per partem absque commissione Iudicis, glo, no. & ibi Abb.in c.cũ sit Romana,de appell.

Cito crescit mulier,sicut mala herba, glo.in l.2. C. de h.s,qui veniam æta.impetra.

Ciues non debent alias,quam per portam ingredi. Alioquin eapite punientur,l.fin.ff.de re.diuis.

Ciuilis obligatio ciuilia iura corrũpere potest,naturalia vero nõ vtique,Instit.de legitima agnatorũ tutela,§.fi.Cõtra de §.cũ autẽ,Inst.de capi.dimi.

Ciuilis sapientia est Sacratissima Philosophia,C.de his,qui;vt indig.l.1.

Ciuilis sapientia prætio non est estimãda,ff.de var. & extraord.cogni.l.1.§.proinde.

Ciuilis sapiẽtia omnia decẽ Domini mãdata ambit. Primo Deũ credere iubet, C.de sum.trin.& fid. cat.l.1. Secũdo, quod vetat assumere nomẽ Domini in vanũ, C de re.cre.& iureiurãdo,l.iusiurãdi. Tertio,cũ reuerentiã parẽtibus pręstare mãdai,ff.de in ius voc.l.parẽtes. Quarto adminiculũ iustitię diebus festiuis vetat facere, C.de fer.l. actus, & l.festos. Quinto, quẽquã interficere ꝓhibet, quãquam vilẽ, ff.ad l.Corn.de sicut.l.1.§. pręterea. Sexto, furta cõmittere contẽnit,& famositatẽ,seu suspicionẽ omni modo,vt C.de fur. & ser.corrup. l.inciuilẽ. 7.adulteros nõ immerito corrigit,&illos,qui męchãtur,coerceri iubet, vt C.de rap.vir.l.1. 8.falsa testimonia omnino ꝓhibet,vt ff.ad l.Cor.de fica.l.1. §.præterea. reliqua duo præcepta non concupisci mulierem

alienam,nec bona proximi, ideo omisit, quia lex humana non punit interiora.

Clam delinquens magis punitur,quam qui palam, ff.de admi.tu.l.non existimo, & ff. de ritu nup.l. fi 1.C.de Summa Trinitate,& fi.ca-l.nemo,& C. de seruis fugitiuis in Aut. ibi posita, Sed nouo iure.

Clamor impedit animum, ne possit cernere verum,ff.de appel.si constat & ff.qui & a quibus,si prouocatus,Bal.in c.2.de ele.

Clausula generalis plura continens ad omnia refertur,l.talis scriptura,ff.de l.1.& C.de lib.prę.vel exhe. l.1.Contra ff.de in ius vocan. l.fi.& ff. de ver.obl.l.doli clausula.

Clementia nos facit pares Deo, in quantum nostræ fragilitati possibile est.No.glo.de nup.l.imperiales,& C.de dona.inter vir.&vxor. l.fi.in fi. Contra ff.de postu.l.1.§.sexum.

Clerici debent esse audaces ad defendendum legē Dei,in Aut.de nō ali.aut permu.re.ec.§.diligēs, col.2

Clerici sunt digniores militibus,C.de Sum.Tri. & fi.cat.l.nemo.

Clericus est miles cœlestis,Insti.de excu.tut. §.idē in milite,in glo.super verbo,nolens.

Clerici dicuntur mendici, attenta qualitate ipsorum, extrauag.execrabilis,cum ibi not.in princ. ver.mendici,de præben.& dignit.

Coacta volūtas est voluntas ff.quod me.cau. l.antepenul.in glo.super verbo,voluimus.

Coacta voluntas excusatur, C.de sepul.vio.l.si seruus.

Cogi

Cogi quis poteſt præciſe ad factum, quãdo id actũ ſit, gl. ad l. hereditatem pater, in fi. 2[illegible] de donat.

Cognati, & agnati pariter hodie ſuccedunt vſque ad decimum gradum, Inſtit. de ſucceſſ. cogn. in fine.

Colonus eſt in villa, in ciuitate inquilinus.

Coloni res inuectæ, & illatæ obligantur Domino ſcienti pro mercede, ſed inquilini, etiam ignoranti, l. 5. C. de loc. & cond.

Commenda a Leo 4. circiter Anno Demini 780. dicitur inuenta: Et ideo datur, quia vnus non poteſt complures vxores, ſeu Benefieia, in titulũ ſimul habere, cum ſcriptum ſit, ad hęrebit vxori ſuæ. Vnum ergo datur in titulum, & reliqua in commendam. Rebuff. in praxi. fo. mihi. 189.

Comites abſentium æque, ac abſentes, excuſantur, l. adminiſtrantes, ff. de excuſ. tut.

Commentarienſis dicitur princeps carceris, qui ponit alios cuſtodes ſub ſe, no. glo. l. pe. C. de cuſto. reo. & deberet puniri, ſi captiui fugerẽt, quos in cuſtodia habebat; quia capitaliter punietur, ſi per dolum ſuum effugerint, vel per culpam. Si autem caſu fortuito euaſerint carcerem, non tenebitur.

Commodum eius eſſe debet, cuius eſt periculum, Inſtit. de contrahen. emp §. finali, in fi. & C. de furtis, l. fi. §. ſed cum in ſecundam, in fin. adde regulam in contrarium, quod ſi decreſcit emolumentum, & onus decreſcit, l. fi §. fi. ff. de leg. 3.

Commodanti reſtitutio nõ recuſatur prætextu debiti, l. finali C. de commod.

Commune non poteſt dici meum ff. de diuiſ. rer. &

qual.l.intantum,§.1.& inf. v.Quod commune.

Communio parit discordiam, l.cum pater,§.dulcissimus,ff.de lega.2.

Communis error facit ius,ff.de of.pręsi. Barbarius, Adde tex. no. qui loquitur in filio familias, qui reputabatur pater familias, dicit. tex. quod non habet locum Maced. ex l.si quis patrem,ff. ad Maced. Contra ff. de le. l.quod non ratione, ff.de au.arg.leg. l.ornamentum.

Comparatiuus præsupponit positiuum, l.cum furti, ff.de condi.furti.

Compensationis ius impedit cursum vsurarum,l.4. C.de compensat.& l.7.C.de solut.

Compromissum fieri nõ potest super censuris, Abb. in repe.c.per tuas,42.col.de arbi.

Compromittens in aliquo non potest ab eo recedere sup. A persona.

Concilium prouinciale non potest pronunciare Episcopum esse deponendum.Abb.in c.non potest.de sen.& re iu.

In generali concessione non veniunt quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus, re.iu. in generali,eo.ti.

Concesso principali, cõceditur accessorium 8.di. quo iure,& 16.q.1. si monachus,& ff.de iur.om. iud.l.2 & ff. de re iudic. quædam, C.vbi & apud quos,l.vlt.& extra,de restit.spo.causa.

Concessio facta aliquibus debet intelligi de habilibus,l.gradatim,§.lege.ff de mu.& ho.& inhabiles,& odiosi in dubio censentur exclusi, vt late per illum tex. dicit Ias.in l. 2. §. prætor,in prim. not.qui satis.cog.

Con-

Concesso vno intelliguntur concessa omnia, sine quibus illud valeret, l. 1. ff. de iur. omn. iud. & ff. de offic. eius, cui man. est iurisd. in fi. ff. quemad. tex. ad e. l. 2. §. inspectio. & ff. de vsufr. l. 1. §. 1. de seruitu. ru. præ. l. 1. §. qui habet, & ff. de procur. l. a die & l. ad legatum, & cui mandãtur præcedentia, & sequentia vidẽtur mandata, C. de procu. l. inuitus, & ff. de cond. inde. l. ind.

Concesso vno conceduntur omnia, sine quibus nõ peruenitur ad illud. ff. de iurisdi. om. iu. l. 2. & no. in l. 1. de ser. ru. præ. & ibi vide glo.

Conceduntur aliqua per obliquum, quæ directo nõ conceduntur; siue, alij per alium consequuntur, quæ per seipsum non consequerentur, ff. quæ res pig. obl. pos. l. Aristo. in fi. & vide ibi in gl. Cõtra, de l qui alienam ff. de neg. gest. §. quamquam, & vide gl. super verbo, quia nec ipsam.

Conditio, sextus, ætas, discretio, fama. Et fortuna, fides in testibus ista requires. No. gloss. in l. testium, ff. de test.

Contra verbosos noli contendere verbis.
Sermo datur cunctis anim. sapientia paucis. Et glo. de ali. mu. iud. causa fac. l. 2. adde, l. quisquis, C. de postula. & l. quoniam, C. de testa. & l. quidã, ff. de verb. obl.

Conditio habetur pro causa, l. cum ad præsens, vbi Bart. ff. si cer. pe. & l. Titio, & ibi Bar. ff. de verbo. oblig. & Iason in d. l. cum ad præsens, quod facit ad declarationem, l. iurisgentium. §. sed cum nulla, ff. de pac.

Conditio debet adimpleri in forma specificata, & reali, l. Meuius, ff de condi. & demon.

Conditio est impossibilis natura, iure, vel facto.

Conditio videtur esse adimpleta, ex quo non remanet per eum, qui eam vult adimplere, l. Dedi. §. si ff de condi. cau. da. causa non secu.

Conditio debet esse de futuro, nõ de præterito, nõ de præsenti, l. institutio, §. 2. ff. de condi. instit. Contra de l. quibus diebus, §. 2. ff. de condi. & demon. quia legatur sub ista conditione, si moritur.

Conductor non tenetur de casu fortuito, Inst. de locatione, & conduc. §. qui pro vsu, vide supra, Casus fortuitus.

Confessio animum peccandi non deponentis, recipi debet, quamuis non sit vere pœnitens, sed adiuuandus est, c. 5 de pœnit. & remiss.

Confessio in carcere facta non valet, l. qui in carcerem, ff. quod me. causa, & ff. de quæstionibus, l. 1. §. diuus, & §. quæstioni. potest tamen facere testamentum, ff. de testa. l. qui a latronibus.

De se cõfesso non creditur super crimine alieno C. de accu. l. fi. Contra C. de confess. l. vnica, & C. de famo. lib. l. 1. in princ.

Confitens vnum, per consequens confitetur id, quod sequitur ex illo, 8. dist. quo iure, & de offic. deleg. cum super, & de dolo, & contu. cum dilectus.

In incertis, non in certis locus est coniecturis, l. cõtinuus, §. stipulatus, in fi. iuncta gl. in verbo, nullius, ff de vet. obl.

Coniuncta eisdem verbis non cẽsentur diuerso iure, l.

re,l.iam hoc iure,ff.de vulg. & pupil.

Confinium est inter agros,vicinum inter Domos.

Coniunctio disiunctiua aliquando ponitur pro copulatiua,l.generaliter,C.de instit.& substi.

Coniunctio disiunctiua posita inter personas, pro coniuncta habetur, l,pe. C. de verbo. signi. vt si testator diceret, Titium, aut Meuium instituo heredem,ista coniunctio,aut, habetur,pro coniuncta: & sic vterque esset heres.Secus autem si poneretur inter res,quia tūc haberet vim suam, vt in eadem,l.cum quidam.

Coniuncti loco vnius habētur,C.de cadu.tol.l.vnica,§.si vero quidam,& §.sinautem disiunctum,& l.si pluribus,de leg.1.

Coniuncta persona potest agere pro coniuncta, ea inuita,quando ageret de interesse suo,l.1.2.& 3. ff.de lib.cau.& l.non tamen,ff.de appellat.

Consecrari potest Ecclesia,tam Dominicis diebus, quam etiam priuatis,c.2.de consecr.Eccl.

Non consecratur Altare,nec Ecclesia, corruente tecto illęsis parietibus, & mensa Altaris non enormiter læsa,c.6.de consecr.Eccl.

Consensus est substantia contractus. l. 3.ff. de contrahenda emptio.

Consensus tacitus limitatur secundum actum, ex quo colligitur,l.fin. C.ne vxor pro mar & quod no.Bar.in l.1. § si qnis hoc interdicto, in fi.ff.de inter.a&.Decius in c.1.26.col.de iudic.

Consentientes pariter puniuntur cum facientibus, sup.Agentes de quadruplici consensu.

Considerari non debet illud, quod veraciter euenire non potest, vel non solet, & maxime,si sit

odiosum, ff. de contrahen. emptio. & vend. in emptione, §. liber eam. & Instit. de inuti. stip. §. 1. Vi. etiam inf. v. inspiciens.

Consilium si petitur per Iudicem causarum, non debent allegari iura, sed succincte ad quæst. respondendum est: secus, si requiratur per partes ipsas, Abb. cons. 21. par. 2. incip. Saluatoris nostri.

Consobrini de iure ciuili possunt coniungi per matrimonium, Instit. de nup. §. duorum autem fratrum. Sed de iure cañco, vsq; ad quartum gradũ inclus. est prohibitum matrim.

Consuetudo vincit legem, C. de ędifi. priua. l. an in totum. Contra C. quæ sit lon. consue. l. 2. & ibi vide.

Consuetudo patriæ est attendenda, ff. de l. 1. l. seruus ple. in fi. ibi glos.

Consuetudinem error impedit, gl. in l. quid non ratione, ff. de legibus.

Consuetudo est altera natura. No. glo. ff. de lib. & posth. l. si quis posth. super verbo, consuetudo.

Cum homines dediti sunt ad malum, nihil est quin inueniant. Auth. de eo, qui rem ec. super verbo, dudum, & est tex. expressus in aut. vt qui obli. se hab. prohi. res mi. in princ.

Consuetudo inducitur vnica vice, l. 3. in fin. C. de Episc. aud.

Consuetudo, cuius initij memoria non extat, vim habet priuilegij, etiam in quæsibilibus

solo

solo priuilegio, c. super quibusdam, de verbor. signif.

Consuetudo est pactum tacitum ciuium; ideo non extenditur, sicut nec pactum, l. si vnius, §. ante omnia, ff. de pactis, ita Bald. in c. 1. ad fi. principij, de feudi cogni.

Consuetudo & lex, quantum ad obseruantiam, & decisionem negotiorum, parem vim obtinent, l. de quibus. §. inueterata, ff. de legib.

Consuetudo dat ordinariam iurisdictionem, l. inspeximus in gl. v. Consuetudinem, de mancip. & in l. viros C. de apparit. lib. 12.

Consuetudo, vt canonici absentes percipiant fructus olim erat valida. Sed hodie secus est per Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 12. de reform.

Consuetudo, & ordo Vrbis in iudicialibus seruāda est in alijs Ciuitatibus; cap. in causis, de re iudic.

Contentiones immensę faciunt perueniri ad diuisionem, l. in re communi, ff. de seruit. vrb. præd.

Contentum aliquando ponitur pro continente, ff. de pac. l. iurisgentium, §. quod fere, ibi, pactorum idest, instrumentorum, quibus pacta inseruntur.

Contextu vno actionis, id est, nulla re extranea interueniente, testari oportet, l. heredes, in fi. ff. de testam.

In

In contractibus alternatiuorum rei est electio,ff.de iure do.l. plerunque §. fin. sed in iudiciis electio est actoris,ff.de no.ope.nun.l.stipulatio,§.1.& in dubio etiam,ff.de iud.l.si quis.

In contractibus mens & voluntas contrahētium, magis debet attendi, quam verborū conceptio, tex.formalis in l.fi.C.quæ res pig obli.pos. Iason in lege,in conuentionibus,in 1.col.de verb. obl. & mentio monetę facta in contractibus intellig. secundū morem regionis;apost.ad §.penult. Instit.de Atil.tut.

Contractus non debet claudicare,l. Labeo, ff.de ver.signif.l.cum dies,§.pen.ff.de arbit. Sed contract. Inst.de au.tu.§.1.& ff de act.emp. l. Iulianus,§. si quis a pupillo.

Contrahere ab initio licitum est,sed ex post facto non licet resilire,l.sicut initio;C.de act.& obl.& ff.cōmo. l.in cōmodato,§.sicut,& C.de rescind. vend.l.de contractu,& C.de transact. l.quamuis, & C.de contrah.empt.l.non idcirco,in fi.& C. si cer.pet.l.eo quod,& ff mandati,l.mandauero,§. sicut,& Inst.eo.§.pe.ff.de iud.l.interdum,§.si donator,& ff.de curat.furt.l.cuius bonis, in princ. & C.de don.l.si quis,arg.§ fin.

Contractus cuiusque initium spectandum est tex.in l.si procurator,in fin.ff.mandati.

Contrariorum cōtraria est disciplina, quo ad agnitionem,gl.in v.conseruari,§.illud expeditum est. Instit.de societ.

In emptione & vēditione requiritur cōsensus, & ideo furiosus nō potest cōtrahere emptionē, nec vēditionem,C.de contrahen.emp.& vend. l.2.

Con-

Contractus in dubio magis ex forma, quam a denominatione cognoscitur, l. insulã, ff. de præscrip. ver. l. si vero, in prin. ff. locati.

Conuentio duorum est lex, l. ea lege, C. de condi. ob cau. datorum.

Contractus ex conuentione partium legem accipiunt, l. 1. C. commo. & ff. depo. l. 1. §. si conuenerit, & facit, ff. loca. l. si domum, & ff. de cõtrahen. emptio. l. si quis fundum, c. contractus, de re iudic. &.

Contrarium actum gerens videtur ius suum deserere. apost. ad marg. in l. Stillicidij, ff. quemadm. seru. amit.

Contumax dicitur ille, qui ternis edictis citatus est, vel vno peremptorio pro omnibus, copiam sui facere contemnit, ff. de re iudic. l. cõtumacia.

Contumaci in vna causa denegari potest audientia in alia, gl. in marg. ad l. Sed, & §. ait Prætor ff. ex quibus. cau. maio.

Conuentio partium est seruanda, ff. depo. l. 1. §. si cõuenerit. Contra ff. de pac. l. nouissima.

Conuersatione æquali nascitur contemptio dignitatis, ff. de offi. præsi. l. obseruandum.

Conuersatio nimia parit odium & contemptum, l. obseruandũ, ff. de off. præ. 66. dis. quando & c. si Iudæos, de iud. ibi Abb. dicit verum inter rusticos, quia inter prudẽtes auget amorem, & amicitiam. Nam nihil tam amicorum proprium est, quam simul viuere, vt sentit Arist. lib. 8. Ethicorum, & per Feli. in d. c. si Iudæos.

Conuincitur quis vno ex 4. modis, de quibus inf. v. Quatuor.

Dam-

Copulæ,Et, natura est copulare diuersa, c.ex parte, de rescrip.cum simi.vi.inf.Dictio,&.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur, quod vtraq; pars sit vera,l.si quis ita stipulatus fuerit,ff. de verb.ob.cum suis alleg.

Coram dicitur esse aliquis, quando,se ostendit,l.nemo dubitat, ff. de her. insti. vide tamen tex.qui videtur facere in contrarium,in c.cupientes,ibi coram nobis personaliter, de elect.lib.6.& vi. l. diem §.coram,ff de arbitris,vbi debet intelligere is, coram quo aliquid fieri dicitur.

Corporis debilitas,vel infirmitas,non impedit iudicium animi, tex. in l. 2. §.debilitas corporis, ff. de vacatione mun. & in cap. 1. de renunt. Vbi est notabile vnum dictum Baldi, quem vide. Ad idem Phil. Deci.post Bal.in c.si pro debilitate, de offic. deleg. Contra de l. 1. C. de sacr. sanct. Eccl.l quoniam, C.de testam.

In corpore luat, qui non habet in aere.l. 1. §.generaliter ff.de pœn. e corio alieno corigiæ longæ. De cute non propria scinditur absque bria.

Correctio legum est euitanda, l.præcibus,in fi. C. de appellat.

Corrumpens Iudicem, vel Procuratorem aduersarij debet perdere litem,l.1.§.sed & ff.de calumniat.

Creden dum non est asserenti,se habere mandatum Principis,nisi ostendat litteras Principis,l.vnica, C.de mand. Princip.

Credulus nimis nemo sit, inf. verbo,Nemo debet.

Crimen legis Cor.de sica. committitur, cum contrahitur,

trahitur, si voluntas nocendi intercedat, l. 1. C. ad l. Cor. de sic. & ff. e. l. 3. §. diuus, & l. diuus, & l. infans, & ar. ff. de iniu. & Instit. de obl. quę ex del. nas § placuit.

Crimina, & infamia respiciunt corpus delinquentis, iniuria bona solummodo, ff. de accu. l. ex iudiciorum publicorum.

Crimina quæcunque per quoscumque cōmissa, possunt per Iudicem inquiri in sua prouincia, l. 3. ff. de offic. præsid.

Cui plus committitur, ab eo plus exigitur, l. Presbyteri, C. de Episc. & Cler.

Cui plurima dedit Deus, faciliter dare debet, in auth. de non ali. aut permu. re. ec. §. Si nimus.

Cui licet quod maius est, non debet quod minus est, non licere, l. non debet, ff. de reg. iur. l. Marcellus ff. dę do. cau. mor. Contra, quia maius est damnare in metallum, quam deportarę: quia, primum inducit maximam capitis diminut. secundum mediam, Instit. de cap. di. § media & §. maxima. & tamen Pręses prouinciæ potest damnare in metallum, & non potest deportare, l. illicitas, §. vniuersas, ff. de offic. Præsi. iuncta l. 1. §. dispositione, ff de leg. 3.

Cui damnus actionem, multo fortius damus exceptionē, l. inuitus §. cui damus, ff de reg iur. Sed arguitur Cōtra de l. si quis cō ductionis, ff. locati.

Culpa lata est ignorare leges, ff. de verb. sign. l. latæ culpæ, & l. leges sacratissimæ, C de legi.

Culpa similis est tam prohibita dicere, quā docere, l. culpa C. de male. & mathe. Contra de l. quicūque, C. de hęre. & manichęis.

Culpa

Culpa eſt inmiſcere ſe rei alienæ ad ſe non pertinenti.l.culpa, ff.de regulis iuris. Contra de lege nam & ſenilis, ff.de negot. geſ. quia negotiator ſe immiſcet alienis negotiis, & tamen non eſt culpabilis.

Culpæ quædam ſunt,in quibus culpa eſt relaxare vindictam; c.1.de poſtul.prælat.

Culpa caret faciẽs,quod fieri ſolet, in marg.ad l.cũ duobus ff.pro ſocio.

Culpam ibi timere, vbi culpa non reperitur,bonarum mentium eſt,c.2.de obſer.ieiun.

Culpa ſine voluntate delinquendi cõmittitur, l.qui occidit, §.pe.ff.ad l.Aquil.& ff. de mi. l.ex cauſa, §.ſimiliter cum; vbi in culpa eſt non præuidens, quod præuidere debuit.

Pro modo culpæ correctio debet eſſe l.1. §.cum patronus,ff.de offic.præf. Vrbi.

Cum iudicatur, rem meam eſſe, ſimul iudicatur, iſtius non eſſe, de procurat.l.Pomponius ſcribit §.ſed & is.

Cnm non ſtat per eum, ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet, regula, 66. lib.6. Contra, vt ibi per Dynum.

Cum prætor vnum ex pluribus iudicare vetat, cæteris committere videtur, vt ff. de iudici. l. cum prætor.Contra,ad legem Iuliam de adult.& ſtup. l.1.in fine.

Cum principalis cauſa non ſtat, nec etiam ea, quæ ſequuntur,de reg.iur l.cum principalis cauſa.

Cum quid conceditur & omnia, ſine quibus illud eſſe non poteſt,l.1.ff. de iuriſdi.om.iudi. & C.de

or.

or.iudiciorum,l. 1.& C.de iudiciis,l.quoties.

Cum quid impeditur propter vnum, eo dempto. tollitur impedimentum, ff.de diuor. & repud. l. pen. in glo.

Cum quid prohibetur,prohibentur omnia illa,quę sequuntur ex illo, regula lib.6. & l. Oratio, ff de sponsal.

Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, c.tuæ,de procu. de reg.iu. lib.6. cum quid.

Cum quis succedit in ius alterius, iustam ignorantiæ causam habere præsumitur, ff. de reg.iur. qui in alterius,eo.tit.lib.6.

Cum res ad eum casum venit, a quo in cipere non potest, talis actus non valet, l.pro parte, ff. de seruit.

Curam minoris non debet suscipere creditor, vel debitor ipsius: & si creditor suscipiat & taceat, perdit actionem;debitor vero soluendo, non iuuatur,Auth.minoris debitor, C. qui dari tut. vel curat.

Curator furiosi nullo modo libertatem potest prę-stare,l.fin.ff de cura.fur.

Curiæ Romanæ pro perfecta scientia habenda, reiecto iure scripto,non est adhęrendum;quãuis illa in iudicando sit præferenda: cras enim est alba, hodie nigra, consulit Host. in proem. summæ.

D

Damnari in solidum non debet expoliatus bonis suis, §. vlt. Instit.de act.

Damna

Damna consueta sunt coloni, non consueta sunt Domini, l. ex conducto §. Sed & si ff. locati.

Damnum dat qui iubet damnum dare: eius vero nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet, non est pro eo quasi sit, ff. de reg. iur. is damnum.

Damni dans causam, damnum fecisse videtur, c. sicut. de testi. & atte. 85. 1. di. pasce. ff ad leg. Cor. de sic. nihil interest ff. de offi. præsid. illicitas, §. sicuti.

Damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, l. quod quis, ff. de reg. iur. alias dicitur, sibi debet imputari, & non alij, de reg. iur. lib. 6. c. damnum.

Cum damno alterius, aliquis non debet locupletari, l. nam hæc natura, ff. de cond. ind. Contra Inst. de vsuc. per totum, quia quis per vsucap. locupletatur.

Dapifer quando nõ potest aliud cinerem surripit. Mar. Anto. Baue. in repe. l. cum filio, col. fin. in fi. ff. de lega. 1. alleg. illud Virgilij. Quid domini facient, audent cum talia fures, & alia plura, glo. magna circa fin. l. Iulianus, de act. emp.

Datum ob causam, causa non secuta, potest retractari, l. ea. lege, C. de cond. ob cau. dat.

Debitor eligit in re incerta, l. comprehensum, ff. de empt.

Debitor, qui accepit quinquennale post non auditur volens cedere bonis, gl. fin. in l. vlt. C. qui bonis ced. pos.

Debitoris filio si fiat legatum hoc modo, relinquo tibi x. & plus relinquerem, si Pater tuus soluisset

mihi,

mihi, inducitur solutio debiti paterni, glo. in l.pater pro filia,ff.de doli mali.except.

Debitori facta interpellatio non statim constituit illum in mora;sed cum interuallo, vt possit consulere solutioni,gl.ad l.Aemlius,ff.de minoris. Et decem dies competunt debitori ad soluendũ, etiam si non sit dictum. In marg.ad l. promissor ff.de constit.pecun.

Debitor alternatiuus potest eligere quã rem voluerit ad dandũ suo creditori,C.de cond. indeb. l.pen.

Debitor est seruus fœneratoris.No.gl.ff.de leg.3.l. fideicommissi rem, super verbo, accidere.

Debitum naturaliter si soluatur non repetitur,l.83. ff.de solut. Et executor testamenti non potest illud soluere.

Debitum naturaliter non dicitur proprie debitũ; sed abusiuum,l.fideiussor obligari,§.fideiussor,ff. de fideius.

Debitum si contrahitur in scriptis,eius solutio est probanda in scriptis, vel per quinque testes idoneos,scriptura vero casu deperdita,& casu probato, duo testes de vera numeratione sufficiunt. l.14.C.de testibus.

Decimæ personales debentur Ecclesiæ ministranti Sacramenta,c.20.de decim.

Decimæ prædiales possunt existere per nouem dies in spica, nec tenetur Sacerdos antea illas recipere,gl.in l.stipulo ista.88.§.inter,de ver.obl.

Deceptis & non decipientibus,iura subueniunt,gl. fin.de pig.ac.l.si rem §.omnis pecunia.

Decipere alium querens,iustum est, vt ille suam

sentiat iacturam in Auth.de emphit. contrac. §. si quis col.2.

Decipi non reputatur ille, qui scit, se decipi .ff. de ædil. edic. l.1.§.intelligitur,& ibi vide.

Declarat pars vna alteram legis, l. qui filiabus in princ.de lega.1.

Declaratio iuramenti, siue interpretatio, cum de ipso dubitatur, pertinet ad Papam, de iureiu. c. quanto de Eccl. ædifi. c. vlti. de elect. venerabilem ad fi.

Defensionibus pluribus non prohibetur. quis vti, reg.ead.de reg.iu.in 6.

Defensor est sine mandato, Procurator cum mandato.

Defensores plurimos admitti ad defendendum absentes publice interest, gl.in l.seruum,§.publice de procur.

Defendere qui tenetur aliquem debet suis proprijs expensis illum defendere,gl.margin.ad l.qui absentem,75.ff.de procurator.

Defendi ibi quis debet vbi deliquit, l. fin. ff. de noxal.act.

Defunctus dum habet defensorem, bona sua non debent vendi.Inst.de eo,cui liber.cau.§.hoc.

Defensor idoneus est,qui de solido cauet.in eod.§. præalleg.

Deformitatis æstimatio nulla fit, l. fin. in princ. de his, qui deiec. Et ratio est, vt ibi dicitur, quia corpus liberum nullam recipit æstimat.

Definitio bona debet conuerti cum suo definito. inf. Omnis definitio.

Dele-

Delegatus non habet plus iurisdictionis, quam delegans, siue par sit illius delegatus, cap. 1. 94. di. ar. ff. de dam. inf. qui bona, §. vlti. sine sit maior, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & si prætor. quandoque tamen habet minus quis si ex delegatione cognoscat, quam si ex iure suo; extra de offic. delega. super quæstionem, §. si vero, C. de Procur. l. Maritus.

Delegatus Papæ potest esse Prior Conuentualis; sed non Claustralis, Clem. 2. de rescr.

Delegatus delegare non potest, ff. de iurisd. iud. l. more maiorum, & C. de iud. l. a Iudice.

Delegati iurisdictio expirat sententia lata, & executioni mandata, ca. in literis, de offic. dele. item finitur mortuo Iudice, cui proprio nomine scribitur, c. quoniam Abbas, eo. tit. a contrario sensu, item, per mortem illius, coutra quem literæ impetrantur, re integra, de rescri. cap. significauit. item reuocato mandato, ff. de iudi. iudicium soluitur, & per secundas literas expressam facientes mentionem de primis, de rescri. cæterũ. Item, si Iudex remittit causam superiori, de offi. leg. licet Tran. Item, elapso termino commissionis, de offi. deleg. de causis. Item, si reintegra moriatur delegans, de offic. deleg. gratum, & ca. licet. Item, per legitimam recusationem, de foro compet. licet, & de appel. secundo requiris. Item, per appellationem egitimam, extra de appell. vt debitus. Item, per delationem appellationis, arg. extra de appel. sæpe, l&c. interposita.

Deliberandum est in dubijs, in Spe.de aduo. §. 3. ver.habito.

Deliberandum est post somnum stomacho ieiuno in Spec.de pœn.sent.

Delictum superueniens,vel noua causa, non vitiat legitime factum, 30.q.1.nosse,& c. dictum & 55. dist.præcepta, 32 q.7.hi qui.1.q.5.quicumque,& q.7.si quis omnem.

Delinquens in vno factus est omnium reus, in Spe. de test.§.1.versi.itē quod in aliis.Est reg.defleat peccator.de reg.iur.in 6.

Ex maioritate delicti maior pœna imponitur, C. ad leg. Iul. de vi priua.l.1. & Insti. de interdi. §. qui autem.

In pari delicto potior est qui possidet; l. auunculo, ff.de cond.sine cau.

Delicta qui non punit,peccandi viam aperit.

Delictum patris filio nocere non debet C. ne fil. pro patre per totum,ff.de in ius voc.l.adoptiuū in fi.& Inst.de inge.§.1. Contra ff.ad leg.Iul.ma. l.quisquis §. item delictum debet nocere delinquenti C.de pœ.l.Sancimus;Modo pater & filius eadem persona censentur, vel esse reputantur, vt l.fin.C.de impu.& aliis substi.& in Auth. iureiur.colla.6.

Pluries delinquens plus punitur, l. seruos, C. de vi.publ.& l 4.in fi.C.de Episc.aud.

Delinquens clam plus punitur,quam qui palam, sup. Clam.

Delicti prēteriti æstimatio nūquam crescit ex post facto.l.omnis,§.nunquam,ff de reg.iur.

Delinquit in legē qui verba legis omittens, contra volun-

voluntatem legis nititur sup. Certum est.

Denominari debet res a causa proxima.l.quisquis, ſ.hæc verba,ff de vulg.& pup.

Denuntiare prohibetur publicus concubinarius excommunicatus conſpiratores,& non pręmonentes caritatiue, C.20.de accuſat.

Derogare eſt aliquid legi in parte ſubtrahere,l.derogare,ff.de verbo.ſign. Prorogare, eſt legem proferre,ſeu prouulgare.Subrogare, eſt in parte legi aliquid detrahere,& in parte adiicere. Oorogare, eſt in parte legi aliquid adiicere, nihil detrahere; Abrogare, eſt pœnitus legem tollere.

Depoſitarius & commendatarius, non poſsident, Inſti.de interdic.ſ.poſsidere autem.

Deportatus pro mortuo habetur,ff.de bo.poſ. cõtra tabulas,l.1.ſ.ſi quis alium.

Deportatus tamquam peregrinus capere non poteſt,l.1.C. de her. Inſti.

Deſolatis,& triſtibus eſt conſulendum, l.1. in fin.C. de his,qui ante ape.tab. hered. tranſ.

Deſtituere eius eſt, cuius eſt inſtituere: & e contra cap. cũ ex iniuncto, de hęret. & gl. ibi communiter recepta.

Deſtruere aliqua in dedecus alterius: & quæ ſibi non proſunt, hominibus non eſt permittendum, l.pro voluntariis, circa fin. ff de iur pen. in re.do. fac.& eſt tex.& ibi no.gl.in l.Senatus,ſ.Marcellus,ff,de leg.1.

Deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, ff. de pec.leg.l.3. l.cum principale,ff.de re.iur.

Deſtruitur res per plures ſucceſſores,l. ſolent, ſ.1. ff. de alim. & cib. leg. ibi plures creditores ali

mentotum nõ possunt a pluribus heredibus minutatim eligere alimenta sibi legata. Ideo vnus eligi mandatur, per quem alimenta singulis prę-stentur.

Detractio, vel adiectio facit vnum ius transire in speciem alterius, l. ius ciuile, ff. de iusti. & iure.

Deus est solus scrutator cordium No. gl. in l. 3. in fi. tex. interro. ac. tex. in c. nouit. de iudic.

Deus iudicat de voluntatibus, & sensibus, nec violatur castitas, nisi de consensu mentis, 32 q. 5. in princ.

Deus non vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, in auth. vt non luxuri, ho. contra. na. col. 6. & C. de nupt. Imperialis.

Deus est totius operis pręsul, l. 1. in princ. C. de ver. iur. enu. & per eum omnia facta sunt, l. 2. §. omnia, C. eo.

Deus non potest facere ea, quæ implicant contradictionem, Bald. in l. eam, quam, ver. circa autem quin. genus, C. de fideicom.

Dicere non potest quis quod mēte non agitarit, gl. 1. in l. quia, ff. de arbitr.

Dictum spectandum est minus, quam quod est actū, l. Sed Celsus, §. 1. ff. de contr. empt.

Dicta quæ sunt primo, postea repetita esse videntur, ff. de verb. obli. l. Titia, §. respondet. & ff. si cer pe. l. lecta.

Dictio, diu, verificatur in decennio, gl. l. de quibus v. inueterata, ff. de legibus.

Dictio & cum, non debet esse aliqua differentia inter ipsas, l. 14. de rebus dubiis, ff. de verbo obli. l. quicumque: Contra, C. quando eies se. ce. l. ex his

ff de

ff. de condi. & demon. l. quibus diebus.

Dictio, parum, verificatur in tertia parte totius rei, Instit. de legit. agnatur §. item vetustas, ibi gl. v. paulo.

Dictio, confestim, verificatur post x. dies §. omnis stipulo, ibi gl. in ver. cōfestim, Inst. de verb. oblig.

Dictio, incontinenti, verificatur eodem die, gl. in §. sed ex, Inst. de interdictis.

Dictum non restringit rationem generalem, sed nō est nouum, quod ratio generalis restringatur per dictum speciale tex. est. & glos. vnica in §. fratres, Insti. de nupt. & quod dictum aliquando sit generalius ratione Cor cons. 13. in litt. B. in 4. ver. allegat, l. prospexit, ff. quis, & a quibus, cum aliis.

Dies positus in principio libri, vel instrumenti, refertur ad sequentia, quæ non habent diē, l. si quis, 6. §. si initium, de edend.

Dies decem dantur debitori ad soluendum, quāuis non sit dictum, l. promissor, ff. de constit. pecu. vbi glos. margin. & facit, l. si debitori, ff. de iudic.

Dies impedimenti non computatur in termino, l. quibus diebus, de cond. & demonstr.

Dies incertus conditionem facit in testamento l. dies incertus, ff. de cond. & demon. & l. extraneū, C. de her. insti.

Dies naturalis cōtinet 24. horas: & incipit a media nocte vsque ad mediam noctem sequentem more Romano, l. more ff. de feriis.

Dieta legaliter computata cōtinet 20. milliaria in terra; in mari vero 50. gl. in cap. Statutum §. cum autem de restit. in 6.

Non differentia in specie, nec differuntiuris dispositione, l. Titio, & ibi Bal. & alij. de verb. oblig.

Difficile est assuetum re inquere, ff. de ædi. l. præcipua.

Difficile est plures in vnum conuocare, ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure l. si vnus, l. fin. ff. & Inst. de iiur. nat. gen. & ciui. §. Senatusconsf. vltum & ibi vide.

Difficile dignosci potest liber homo a seruo l. liberi, in fin. ff. de contrahen. emp. & vend.

Difficilior est progressus de non esse ad esse, quam de esse ad esse perfectius, ff de her. Inst. l. talem, concor. ff. de contrahen. emp. l. 4.

Dignus quilibet præsumitur, nisi probetur contrarium, inf. Quilibet præsumitur.

Dignitas contemnitur ex conuersatione æquali. l. obseruandum, ff. de offic. præs.

Magis dignum trahit ad se minus dignum, c. quod in dubiis, de conse. Eccl. vel Alta.

Dignum est, fraudem in suum authorẽ retorqueri, l. penultima, C. de leg. vnde Ouidius. Discat in auctorem pœna redire suum.

Dignus est mercenarius mercede sua, ff. de do. l. si pater, & ff. quod me. cau. l. metum, §. sed licet, & Matthæi 10. adde text. in c. 1. de sepul. & c. quicunque, 12. q. 1, & cap. quoniam, 88. dist, & text. bonus, qui loquitur de præmio studij, in l. 1. C. de assessor.

A digniori res denominari debet, l. cum ex aliqua, ff. de acqui. rer. domi. & l. quæritur, ff. de sta. homi. l. non quicquid, §. si inter partes, eod. tit. l. & si nõ sint, §. perueniamus, ff. de aur. & arg. leg. c. quod

in

in dubiis,de consec. Eccles.vel Alta. Contra,quia coniunctio maris & fœminæ denominatur a matre,quia dicitur matrimonium,& non patrimonium, Insti.de nup.in princ.

A dignioribus est inchoandum,Inst.de iu.nat.§.fin.

Dignitas & fama custodiri debent,ff.de vent. insp. l.1.Ideoque vnicuique licitum est suam dignitatem augere,l.obseruandum,ff.de offic.præsid.

Dignitas filij gloria est & laus patris, in Authen. constitutio,quæ de dignita.col. 6.

Dignum est, vt cuius præcellimus munere, illi & omnino pareamus in operatione, in titulo, de pace te.& eius vio.in principio, col.10.

Dignitas & authoritas seruanda est, quantum ad mundum,ff.de post.l.2.in glo.& ff.de offi.præsi.l. obseruandum & ff.de ven.inspi.l.1.§.si seruus;facit tex.in c. 1. de maior. & obed. Non quo ad Deum,cum ibi omnes sint æquales,vt ar.in Authen.de mona.§.1.colla.1.& vi.gl.in l.1.v.dignitatis,ff.de procurat.

Dignitas adhuc dicitur retineri, etiam relicta administratione.

Dignitas vbi est maior,prioritas temporis non attenditur,gl.in c.placuit,in ver.Isidorus,16. dist. nota.in c.statutum,de maior.& obe.per Fel.in c.Clerici,in 4. col.de iud.

Dignitas doctoratus non liberat a patria potestate, Bar.in l. item in potestate,in fin.ff. de his,qui sunt sui,vel alieni iur. Adde l. si maritus & ibi Bal. C.de pat.pote.Bal.in l.3.C.de cast.pecu.lib.12.

Dignitates & matrimonia non debent esse venalia, 1.q.7.

1.q.7.Sancimus,ff.de do.inter.vir.& vx.l.2. & l.1. ff.ad l.Iul.& ibi gl.

Digniora sunt præponenda, No.gl.Inst.de iur. nat. gen.& ci.§.fin. Contra, quia testamentum militis est dignius testamento paganorum.Item, difficiliora sunt digniora facilioribus: & tamen de facilioribus determinatur, vel præmittitur, Inst. de iust.& iure §.his igitur.

Dilatio longa non debet esse damnosa,l.2.§.omnes autem,ff.de iudi.

Dilationes tres successiue dantur dicenti, se velle allegare,quibus elapsis iudex peofert sententiã, Auth. iubemus C.de iudiciis.

Dilatio probatoria,dãda est secundũ locorũ distantiam,& regulariter semel tantum datur,l.1. C.de dilat.Et dies feriati,& non feriati in ipsa computantur,l.3.C.eo.

Dilationes nõ dãtur post conclusum in causa,etiã si nulla præcesserit dilatio.l.fin.C.eo.

Dilatio secunda non debet concedi sine causæ cognit.l.1.ff.si quis caut.

Dilationes plures dantur reo, quam actori, in Ciuilibus tamen sunt pares.gl.in l.fin.ff.de fer.

Dilationes quinquennales non dantur, nisimaior pars creditorum consentiat: & in paritate sententia benignior admittitur, l. 8. C. qui bonis ced.pos.

Diligentem parum socium quærens sibi de se queri debet,l.socius,ff.pro socio.

Discedere non videtur, qui discedit habensanimũ redeundi,l.quis sit fugitiuus,ff.de ædil ędic. §. in his autem animalibus,Instit.de rerum diu.

Discor-

Discordes si fuerint illi, qui optionem habent túc. sors.& fortuna iudicant, l.3.C.commu.de leg.

Cupiditas discendi est optima ratio viuendi,l.apud Iulianum,ff.de fideicom.libert.

Discretio est mater omnium virtutum, 1.q.5. præsentium;c.1 de offic.custo.& cle.pastoralis.§.verum,de re.iu.

Ad disiunctiuæ propositionis veritatem sufficit, alteram partem esse veram,ff.de verbo. oblil si ita quis,& l.si quis,§.vtrum,ff.de reb.dub. Contra de l.cum quidam.C.de verb.sig.C.de inst.& subst. l.generaliter.Sol.istud est fauore liberorum,gl.in l.si quis ita,ff.de verb.obl.

Dispensationis causa exprimenda est in supplicatione contra ius,inf.Supplicatio.

Dispositio respiciens plura determinabilia debet ea pariter determinare,l.nã hoc iure, ff.de vulg. & pupil. substit. l. quamuis, C.de impub. & aliis substit.Intellige de procedẽtibus ex eodem fonte , vel causa. Et quorum est eadem ratio, plene Ias.in d.l.nam hoc iure.

Dispositio videtur facta in locum, in quo eius consequitur effectus & confirmatur, l.concupisce, ff. de ac.& ff.de bo.auct.iud.pos.l.3.Cõtra ff.de cõst. pec.l.cum qui.

Dispositio super iure fauorabili validior est, quam super odioso,ff.de cõd.inde.l.qui exceptionem.

Dispositio facta in vno coniunctorum ad reliquum extenditur,C.de fur.l.ancillæ.

Dispositio facta sub conditione nõ extitura,conditio pura reputatur,ff.de noua.l.si pupillus. Contra de l.quibus diebus,ff.de condi.& demonstr.

Dispo-

Dispositio tẽpore inhabili facta, si tempore habili offeratur, valida reputatur, ff.de verbo.obl.& de seruis export. l.si minor.Contra de l.quod sponsæ,C.de donat.an nupt.

Disputationis causa dictum non probat opinionẽ loquentis,l.item,§.ait Senatus,vbi gl.marg.ff.de petit.hered.

Dissensionibus facile natura hominum inclinatur, l.item si §.principaliter, ff. de arbitr.

Distinguere non debemus vbi lex non distinguit, nisi illa lex per aliam distinguatur, Sic concordat,l,quamuis,vbi gl.ff.de in ius voc. & in l. 3.cũ ibi not.in marg ff.de offic. præs.

Diuersitatẽ corporum diuersitas sępe sequitur animorum c.quia diuersitatem,de concess.præb. Et ibidem gl.

Diuersa nomina, & diuersos tractatus habentia, dicuntur habere diuersos effectus, l. 7. C. de codicil.

Diuerso iure non censentur,quæ eisdem verbis coniuncta sunt, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pup. subst.

Ex diuersitate locorum non debet oriri diuersitas iurium,nisi ex diuersitate locorum oriatur diuersitas actionis, ui.loca.

Diuinare nos cogit difficultas contrariorum, ita Bart.in l.ita stipulatus, in fin.9.col. ff.de verbor. oblig.

Diuinare nemo tenetur,ff.mand si & fideiussor.§.si cum debitor,& l.si putator,ff. ad leg. Aquil. Contra Inst.de leg.pat.tu.& ff. de aur.& a g le. l.qui vxor.ff.si pars her.pe.l.antiqui.

Diuinari non est in potestate nostra: vnde annunciare quæ futura sunt, solius Dei est, Maria. Soci in consi.6.incip. Prædicta consultatio,ver.ad cuius clariorem,circa me.in prima parte.

Diuinatores non sunt consulendi,l.nemo, vbi Saly. C.de ma.& mathemat.

Diuinatorem qui consulit comparatur homicidæ, & cuilibet criminoso,in Spe.de accu. ver.Item quod est homicida.

Diuinare per inspectionem iecoris animalium non licet sub pœna capitis, l.3.C.de sacrif. pagan.

Diuidi res si nequeat,ea detur vni & alteri pretiū, l.si familiae, ff. famil. hercisc.

Diuisiones se habent ad instar venditionis, & sic subuenitur decepto vltra dimidium, l.1. & 3.C. com.vtr.iud.

Diuisio fieri debet propter contentiones vitandas supra Contentio.

Diuiti contumeliosus est modicus sumptus l. & si §. Iudex.ff.relig.& sumpt.fun.

Diuiti plus creditur,quam pauperi;fallit si contra diuitem esset præsumptio specialis: quia tunc præsumptio tollitur præsumptione, l. Diuus, de in int.rest. §.fin. Inst.de susp. tut.

Diuortio facto filij sunt educandi apud coniugem, qui non dedit causam diuortio,Auth.Si pater C. diuor.fac.apud quem.

Doctor quis esse potest in 17.ætatis suæ anno apostil. ad l.1. de postul.

Dictum doctoris debet intelligi secundum tex.quē allegat.Bar.in l.non solum,§ liberationem, ff. de lib.leg.

Doctor

Doctor debet esse breuiloquus. glo.in c. cũ sit ars. de æta.& qualit.& est tex.in Auth.de referen.circa fin.vide Abb.in prohe.decre.in 2.col.

Docendo quis sit peritior,l.1.C.de excu.ar. lib.10. tenet Abb.in proœ.primo Gregorij in 2.col .vbi ponit versus,quos ibi glo.refert.

Doctor non debet ita esse breuis,vt non perfectè dicat:vel nõ intelligatur,gl.in clemen.constitutionẽ,in versic.de nouo.in fi.de electio. & quod no. Ioan.And.in c.bonæ.de confir.vti.vel inuti.& illud Horatij. Dũ breuis esse laboro,obscurus fio.

Doctor perdit memoriam in consulendo,vel legẽdo,si ei debitũ salarium nõ soluatur. Vnde versus,Muneris infundas oleũ fuge nomẽ auari: Sic agræ menti poteeit medicina parari, ita Car. in cle.1.§.excellentissimum,de reli.& ve.san.

Doctor debet aliqua habere vltra illa , quæ dixit suis scholaribus,no.glo.in procemio,ff.§.his igitur:super verbo,peritia.

Dat Galenus opes.dat Sanctio Iustiniana. Ex aliis paleas,ex istis collige grana. No.gl .in prœmio, ff.§.nos vero.super verbo,doctissimi. Item modo pauper,egens ne p'us egeas,lege leges, Grãdia lucra leges fertilis illa seges.

Doctoris sufficientiã, non gradum,requirit Ecclesia,c.cum decorem, de institut. Vnde & Pius 5. aiebat,se plus percupere Doctores , quam Doctoratos.

Doctor cum est sibi cuntrarius in duobus locis,illa opinio sequenda est , vbi plenius scribit, l.diui. ff. de iure patro.notat Abb.in c.bonę col.si.de post. prælat.

Docto-

Doctorum auctoritas, vbi deficit lex, pro lege seruanda est, l. si idem cum eo. ff. de iurisd. om. iud. vbi Angel. hoc notat, & Hostien. in c. inquirendi, de pecul. cle.

Doctor non debet petere consilium a Scholari, l. si quis, §. prætor, & ibi in marg. not. ff. de eden.

Dolor iustus in aliquo excusat. C. ad l. Iul. de adulte. l. grachus, & ff. ad l. Cor. de sicca. l. 1. & ff. de adulte. l. si adulteriũ, §. Imperatores. Et inf. Quoties quis.

Dolosus nihil doloso tenetur, ff. de dolo, l. si diuus, secus tamen, si tibi feci damnum in vna re, tu mihi in alia, quia ambo agimus, ff. de noxal. l. quædam, §. 1. & arg. ff. de vi. & iura. l. Colonus, est tex. in l. tutor, §. liberi, ff. de suspect. tutor.

Dolus alicuius non debet alicui esse damnosus, l. eiec. §. pe. in fin. ff. de noxa, cum alleg. pro hoc in l. 3. ff. de transac. Contra de l. fin. C. depo. & facit pro & contra, ff. de inoffi. test. l. si quis in suo, §. fin.

Dolus cum dolo compensatur, l. de vno, ff sol. mat. & l. si ambo, ff. de compensat. & l. si duo, ff. de dolo.

Dolus non præsumitur in minore, aut in foemina, not. in marg. ad l. vbi ff. de edendo, neque in vniuersitate, l. sed & 16. §. sed an. ff. de dolo malo.

Dolus dicitur esse delictum, tex. bo. in l. 1. §. nunc tractemus, ver. plene, ff. de tu. & ratio dist. est in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de min. l. 1. §. si apud, ff. de posi.

Dolo petit, qui petit quod restiturus est ff. de excep.do.l.dolo.c.dolo.de reg.iur.lib. 6.Contra de l.1.§.redigiuntnr, ff. quorum lega.

Dolosa persuasio plus nocet quam violẽta coactio, ff.de l.ho.exhib.l.3.§.si quis volentem 2.responso & de seruo corr. l. 1. §. persuadere,gl. in cap. certe.12.q.1.

Dolum nulli facit qui iure suo vtitur,l.non vtitur,ff. de reg.iur.

Domicilium consequitur quis ratione dignitatis,l. Senatores,C.de incolis,lib.x.

Dominica dies incipit a vespere Sabbati,quoniam tunc incipit dies secundnm canonicam computationem, siue quo ad officium, extra de fer. quoniam,& 65.dist. quod a patribus.

Dominus rogans pręcipit.Al.in l.1.in princ.ff.quod iussu.

Dominus membrorum suorum nemo videtur, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil

Dominium ex sententia transfertur,Institut.de offi. iud.§.fin.Contra Instit.de excep.§.his quoque.

Dominia auferunt flumina; quotidiana teste experientia.

Domus cuique tutissimum refugium,atque receptaculum est,l. plerique, ff.de in ius voc. & ff. ad Sen. Cons. Clau. l.1.

Domum suam vnicuique,reficere licet, inuito altero: dum tamen non officiat alteri ædificio, in quo ius non habet,de re. iur.l. domum.

Ea,quæ sunt in domibus,non possunt per alios explicari,quam per illos de domo. l.consensu,C.de repu.Contra C.de test.l.& ab.

Domus

Domus pars dicitur esse porticus, vi inf. Porticus.

Domus destrui non debet, vt inde fiat viridarium, inf. Non potest dirui.

Donationibus multis apposita clausula onerosa, refertur ad proximam tantum, c.6. de donat.

Donatio potest reuocari per ingratitudinē donatarij, sed non per heredem donatoris, qui in vita sua tacuit, c. fin. eo.

Donationem facere tempore prohibito, vel differre illius executionem in tempus prohibitum; paria sunt, l.4. C. de don. ante nupt.

Donatio ante nuptias, propter nuptias dicta, facta minori, non indiget insinuatione l.17. Cod. eo.

Donare censetur extraneus dotans, non habens in potestate eam, quam dotet. l.1. §. accedit C. de rei vxor. act.

Donatio inter coniuges diuortio infirmatur, l. 5. C. de donat. inter virum, & vxor.

Donare, sæpe est melius, quam vendere, l. tutor ad vtilitatem, ff. de admi. tut. Bal. in rub. de procu. in 2. col. dispendium enim quis pati non debet, vnde præmium meretur. c.2. de fideiusso.

Donatio inter virum, & vxorem non valet, l.1. ff. de donat. inter viri & vxor.

Donatio facta vxori causa mortis, ita vt valeat, & reuocari non possit, si confirmatur morte donantis, trahitur retro ad diem donationis vna cum fructibus, l. 40. ff. de donat. cau. mortis.

Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur ff de reg. iur. l.donari.

Donationes causa mortis legatis comparantur, ff. de don.causa mor.l.illud.

Aliquis non præsumitur donare suum, ff. de prob.l. cum de indebito,verf.si vero.Contra, ff mand. si vero,§.inde Papinianus.

Dotis nomine promissis omnibus bonis non veniunt futura,l.4.C.de iu.dot.

Dotis bona æstimata possunt retineri per virum soluto matrimonio,si pretium offerat,l.5. C. de iu.dotium.

Dotis non numeratæ exceptio debet opponi intra annum a die Matrimonij,morte,vel repudio dissoluti,l.3.C. de dote cau.non numer.

Dotare Filiam Mater an teneatur,vi.inf. Mater.

Dos non constituit nuptias, sed coniunctionum affectus, Authent. de trien. & sem. §. sed nec, colum.3.

Dos nulla dicitur soluto matrimonio, l. 1. in fin.ff. pro dote.

Dos æs alienum dicitur,l.Labeo,ff.pro socio.

Dos nisi deseruiat oneribus Matrimonij nulla est,l. si is, qui Stichum.& l si Pater,ff de iu. dotium.

Dos Filiæ ad Patrem reuersa, non potest per eum minui,nisi & c.vt inf.Pater non potest.

Dos,& eius augmentum confessata animo donandi,confirmatur morte confitentis,l.2.C.de dote cauta non numer.

Dubia probatio nō releuat probantem Doctores post gl.Per illum tex.in c in pręsentia,de probat.

Dubitare desingulis non est inutile; Not.glo.C.de sum.

ſum.Trin. & fide cat. l.nemo,ſuper verbo,requirens.

Dubitationes, & ambiguitates in iure vix euitari poſsunt proem.clem.

In dubiis benigniora pręferenda ſunt, l.ſemper, ff. de regulis iuris,& inf.v.In facto.

Dubitāti potius eſt imputandum, quā ignoranti; quia dubitans poteſt inquirere quis dubitationē ſoluat,ſed ille,qui errat, ſeu ignorat, credit, illud firmiter eſſe,quod non eſt,ita Bal in c.1. §. perſonam,per quos fiat inueſt.in vſi feud.

Dubitantes de ſuo ſtatu, vel errantes, non poſſunt facere teſtamentum,ff.de teſta.l.de ſtatu ſuo.

Dubius euentus poteſt vendi,l. nec emptio, ff.de contr.empt.

Dubitantes ſæpe reſpondent iure periti,inf.Sub dubio.

Duæ res valent vnam,Inſti.de ac.§.ſed hodie,C.de edic.di.Adr.tol.l.fin.niſi vna ſit melior,quā duæ, ff.de inoffi.teſtam. l.nam & ſi & in Auth.de conſan.& vterinis frat. §.fin.col 6.

Duæ vniuerſales propoſitiones cōtrariæ, & cōtradictoriæ,ſimul eſſe non poſſunt veræ, ſed falſæ,ff. de regu.iuris, l.qui ducenta, §.rerum,vbi eſt exēplum.

Ex duobus contrariis fit optimum temperamentum, not. gloſ. l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis caut. & l. continuus, §. ſi quis inſulam, ff. de ver.obl.

Duo homines non faciunt turbam,nec tres;ſed decem,vel quindecim, l.Prætor ait,ff.de vi bonorum rapt.

Duæ, vel plures rationes vincunt vnam, Spec. in titu. de feud §.2.versi.16.Bal.in l.1.versi.sed cōtra, C. de legi hæred. Pan. in cap. suggestum, in fin. de iure patr. Iason in l. re coniuncti, de leg.3.ff.

De duobus malis minus est eligendum. ff. de reg. iur. l. quoties, cum ibi alleg. Contra ad l. Aquil. ita vulnerata.

Duæ vices faciunt consuetudinem, & delicta iterata plus puniuntur l.3.in fin. C. de Episc.aud. & ff. de iure patr. l. 1. & ff. de pœ. l. aut damna, §. quisquis & C. de ser. fug. l. quæcumque. Contra de cap.cum Ecclesia Sutrina,de cau.poss. & propriet. vbi duæ vices non faciunt consuetudinem.

Duo principalia habentia vnum effectum, quantumcumque ponantur diuersimode, & in diuersis nominibus, debent habere nihilominus eundem effectum, text.est, iuncta gl.in l.neque, ff. de impen.in re.do.fac.

Duorum vicem aliquis non debet subire, ff. de pac. l. si plures, cum ibi allegat. Contra de l. si consultus, ff. de adopt. cum al. in d. l. si plures.

Duo non possunt esse domini eiusdem rei insolidū, ff.commodati,l.si vt certo, §.si duobus vehiculum. Et ff.de leg.2.l. Meuius, §. duorum & ff. de re iud.l.quidam §.prouide.Contra,quia si loco tibi rem in emphyteusim, ego sum dominus, & tu etiā, quia habes rei ven.ergo &c. ff.si ager vec.pe.l.1. & ff.de superfi. l.1. quòd ait l. finalis iuncta l.in rem,ff.de rei.vendic.

Duo

Duo non possunt eadem rem possidere simul ff. de acquit.pos.l.3.§.econtrario, in princ. Contra de l.si duo.ff.vti possid. & in l. possideri, §.econtrario,ver.Sabinus,de acqui.pos.

Duo impedimenta plus impediunt,quam vnum,& duæ rationes plus operantur, quam vna, & duo vincula fortiora sunt vno, Inst.de adop.§. sed hodie;& C.qui test.face.pos l.discretum. Cõtra, ff.de his,qui sunt sui, vel alie. l.patre furioso,& l. nam & si parentibus,ff.de inoffi.test.

Duo specialia circa idem non debent concurrere, l.1.in fi.cum gl.C.de do.promis.gl.in l.cum post. §.gener. ff de iure do. Fallit quãdo vnum venit in consequentiam alterius, vt l.singularia, ff. si certum pet.

Durare factum quid non dicitur, nisi duret, glo. in litem eorum, §. quod si, ff. quod cuiusq; vniu. nomine.

E.

EA, quæ sunt eadem non debent diuersis nominibus nuncupari, C. de codi. l.si idem. Contra, idem est codicillus, & testamentum: & tamen diuersis nominibus nuncupantur, C. de testa.mil.l.fin.& C.qui testa.face. pos. l. hac consultissima,§.1.

Ea, quæ sunt impossibilia, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adiectis habentur regula, quæ impossibilia, de reg.iu.

Ea, quæ fiunt contra leges pro non factis habentur, l. non dubium, C. de legibus cum simil.

Eadem res non debet diuerso iure censeri ff.de vsucap.l.eum,qui ædes.

Ecclesia non potest pati damnū per defectum Prælati,C.de Sacrosanct.Eccle.l.iubemus,in gl. super verbo,corrigimus.

Ecclesia dicitur pertinere in spiritualibus ad eum Episcopum, in cuius diœcesi sita est, c. 6. de except.

Ecclesia nulla parochialis dicitur vacare in Curia mortuo Papa, vel etiam ipso adhuc viuente, sed decedente ante eius collat.inf. mensem, c.35.de præbendis,in 6.

Ecclesia, cui inseruiebat clericus decedens ab intestato sine cōsanguineis,succedit in bonis illius, c.1.de succes.ab intest.

Ecclesia non claudit gremium redeunti, C.de sum. Trin.& fid.Cath.Episto. inter claras,in si contra, C.de apost.l.3. & ibi vide.

Ecclesia primitiua cur prædia à fidelibus oblata venderet, dicitue in c.futuram Ecclesiam, cum duobus seqq.12. q. 1.

Ecclesiam aliquam Papa vniente Ecclesiæ alterius diœcesis, nihil iuris deperit Episcopo, in cuius diœcesi sita est illa Ecclesia,c. 2. de relig.domibus.

Ecclesiam nouam potest Episcopus ædificare ob indigentiam, non obstante iuramento de rebus Eccles.non alien.c.si.de Eccl, ædific.

Ecclesias diuidi,vniri,& alias alijs subiiciendi causæ plures referūtur in extrauag.Saluator Noster. de præben.& dignit.

Edita

Edita actio speciem futuræ litis demonstrat, supra, Actio.

Effectus est aliquando dignior sua causa, ff. de adop. l. 1. quod ex liberta & Inst. de ingenuis, §. 1. Contra in Auth. const. quæ de dignita. §. ergo, col. 4. & C. ad l. Iul. ma. l. cum quis, cum sua gloss.

Effectus diuersi ex vna re, eademque causa non debent oriri, C. vnde vi. l. meminerint, & ff. de so. l. qui ominem. Contra, de l. in numerationibus, eod. tit.

Eius est nolle qui potest & velle, ff. du reg. iur. l. 3.

Eligendus potius est qui peccauit, & pęnituit, quã qui numquam peccauit, quia magis scit compati peccatoribus, c considerandum, 50 dist. & cap. sequens, nam infirmus fortior resurgit, de pœn. dist. 3.

Eliguntur ad officia, seu munera publica, minus idonei, aliis deficientibus ab initio, l generaliter, §. spurios ff. de decur. & extra, de reli. do. c. inter.

Electione non secuta non est quis ex consensu in scrutinio in indignum præstito scienter, eligendi potestate priuatus, c 7. de elect. in 6.

Electionem habens à iure potest quandocumque variare inf. Variare.

Electio plenum ius dat electo, clem. 1. §. nos itaq; de iure iur. Procedit habitu, & potentia: secus autem est actu. Vnde, antequam electus sit confirmatus non dicitur ius plenum habere, c. postquam, & ibi DD. de elect.

Eligens scienter indignum priuatus est potestate eligendi prima vice occurrente, c. 25. de elect.

Electoribus impeditis currit tempus si possunt

 impe-

impedimentum tollere, capitu. finali, eodem titulo.

Infirmari an possit elõ añq; fiat, vide remiss. in apost.ad tit.de Codicil.Instit. § princ.

Electo a persona maiori honor maior debetur, gl. notab.in l.5.C.de aduoc.diu iud.

Electio in dubio cuius sit vi.sup.in Contractibus.

Electioni se nolle interesse dicẽs,& postea ante electionem veniens, debet admitti ad scrutinium, glo. in cap. Ecclesia vestra, vers. si autem, de elect.

Eligit si maior pars Capituli scienter indignum valet elõ de digno facta a minori parte Capituli, etiam ex eodem scrutinio, cap. 53. eo. de elect.

Emendans subtiliter factum laudabilior est eo, qui prius inuenit,l.1.§.quod autem, versic.nam qui. C.de veteri iur.enucl.

Emendatus præsumitur qui post peccatum operatur bonum,viuens laudabiliter cum possit peccare.Pet.de Ana.in regula semel.in 6 col.ver. 4. quæro,Bal.in l.nõ ignorabat,C.ad exhib.& Bart. in l.2.de bo. pos. fur. infam.& dela.

Emens scienter rem alienam non habet regressum de euictione, l. si fundum C. de euic. contra de l.fin. C. communia de lega. & l. 1.C.si ven. pig. ag.

Emere non cogitur aliquis,nec vendere,C. de iure deliberandi,l.nec emere C. de cõtrahen. emptio & vend.l.non enim,Contra de §.pen.Inst. de his, qui sunt sui,vel alieni iuris,& §.non solum,Inst.de legat.& §. fin. Instit. de donat.

Emptio

Emptio, tam pure, quam ſub conditione contrahi poteſt.inſti.de emp.& ven. §. emptio cauſa ſub

Emere ſolitus à furibus ſuſpectus habetur,l. 2.C.de furtis, & ſer. cor.

Emiſſe ſe aſſerens a tranſeunte,& ignoto,non excuſatur a ſuſpicione, l. 6. C. eod.de fur.

Emuntur recte fructus,& partus futuri,inf. Fructus.

Emphiteuta non liberatur,ſi,res pro partę tantum pereat,l.1.C.de iu.emphit.

Enti qualitas adueniens reponit illud in alia ſpecie entis,vi verbo, Qualitas adueniens.

Epiſcopus nullus inuectus eſt,qui de maiori ciuitate ad minorem tranſierit, cap. 1. de Cleric. non reſid.

Epiſcopi in Concilijs tenent locum ſuæ ordinationis c.Epiſcopus 17. diſt.3.

Epiſcopus cõtra Epiſcopum pręſcribit triennio põpulum per ſe conuerſum ad Fidem, cap. 1. de præſer.

Epiſcopum oportet Sacrarum litterarum habere peritiam,Vnde,in veteri teſtamento inter cæteta ornamenta, Pontifex Rationale ferebat in pectore,in quo ſcribebatur, Manifeſtatio, & veritas, quia in pectore Pontificis Manifeſta debet eſſe cognitio veritatis; non enim ſufficit prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas,niſi addatur ſcientia doctrinæ, tex. eſt ita dicens,in c qui eccleſiaſticis,§.ecce,in princ.& in ver.ex quibus omnibus 36.Diſt.

Per epiſtolam nullus fit heres, vel coheres, l. epiſtola, ff. de pact. & C. de proba. l. non epiſtolis

Epi-

Epistola alicuius facit præsentiã eius,c.non debent. 65.dist.

Equitare non debet rustici,quia eorum conditioni non conuenit,gl.in l x.§.idem labeo, ff.mandati.

Error, etiam bestialis, consensum excludit,l.si per errorem,ff.de iurisd omn.iud.

Error communis facit ius,l.1. C.de testa. & ff. de offic.præsul.l.2.in fin.& vi.5.Communis.

Error proprij nominis non vitiat actum,cum tamẽ de corpore agatur,l.si frumentum,& l.idem Pōponius,§. pen. ff.de rei ven. Contra, ff de legatis 1.l. 4. & de hoc habetur, ff. de her. Insti.l.quoties.

Erroris in laberinthum incidet qui iudicat,priusquã intelligat,c.sciendum,vbi Domi.29.dist. Deci. in c.cum venerabilis.in gl.2.de excep.

Error in nomine non vitiat actum, qui geritur, ff. de testam. l. si in nomine. Contra ff. de hered. Instit.l.quoties,& facit pro vtraque parte: & vide eam.

Error falsæ causæ vsucapionẽ non parit, C. de vsuc. l.1.§. error. Et impedit consuetudinem, l. quod non ratione, ff. de legibus.

Quem de euictione tenet actio ipsum agentem repellit exceptio,l.exceptio.doli.& l.si ob causam, & l.seq C de euict.

Erubescimus sine lege loqui,in Auth.de trien.& semis §. consideremus, col. 9 & C.de consul.l fi. lib.13 adde l.illã,C.de colla.l qui filiũ,§.Sabinus. ff ad Treb. Contra de l.eum, qui.ff. de do.& de omnibus legibus, de quib. arguitur à contrario sensu.

Esse

Esse vbi solet res perpetuo, & non casu, inspicitur l.si ita legatum,ff.de lega.3.

Esse de proximo futurum, vel si aliquid de præsenti paria sunt,l.pen.ff. quibus ad lib.procl.

Euenire quod potest si lex considerat, nō debemus inspicere quid actualiter euenerit,l.si vero,§.prætor, ff. de his,qui eiecerint.

Euentus dubius potest vendi, sup. Dubius.

Exceptio nō numer.pecun. competit solum in mutuo; inf.Pecun.non numer.

Euentus malus non habetur in consideratione,sup. Consider.

Exceptione non opposita possumus sine actione experiri,l.posthumi,ff.de inoffi.testam.l.cum putarem,ff.faerc. Hieron.Butr. in l. post quam, C. de pat.

Exceptio est de regula secundum quid, non quo ad omnes eius partes l. nummis, ff. de in lit.iur.

Exceptio est contra regulam.text.est notabilis,in l. his,vbi gl.& Bar.ff.de legi.& in regula Catoniana.Contra de l.nam, quod liquidie. ff. de suppel. leg.vide Decium in l.1.in 2.& 3. col. ff. de regul. iur.

Exceptionem obiiciens non videtur de intentione aduersarij confiteri. regula iur. exceptionem, in 6.est tex in cap.cum venerabilis,de excep.l. non vtique,ff de excep.

Exceptio litis finitæ ita demum repellit agentem si opponatur ad processum, secus si ad merita causæ. Bart.in l. cum quærebatur, in fin.ff. de jud.sol.ten et Hieron.But.in l. postquam liti.C.de pact.

Exci-

Excipiens dicitur controuersiam mouere, l. si controuersia, ff. de euict.

Excõmunicationes in Decreto, & Decretalibus, sunt omnes nu. 33. in lib. 6. 32. in Clẽ. 50. & forte nũc expediret meminisse exemplũ illorum temporum, resecando multitudinem censurarum.

Excommunicatus potest appellare, & prosequi appellationem, & omnis legitima defensio sibi in iudicio reseruatur, c. significauerunt, extra, de except.

Excommunicationis sententia siue iusta, siue iniusta, timenda est, 11. q. 3. c. 1. & 2.

Excusatio necessaria non est, vbi aliquid non tenet ipso iure, l. scire oportet, §. diui, ff. de exau. tut.

Quod exemplo fit, ratione fieri putatur.

Exemplum pessimum est, fœminino vocabulo etiã masculos contineri, l. si ita scriptum, ff. de leg. 3.

Exempla ponimus, non vt vera, sed vt sciant qui addiscunt. ff. de act. & oblig. l. obligationũ substantia, in fin. & ff. de colla: bo. l. prætor, §. videamus.

Exemplaribus testamenti non creditur, l. 1. §. si quis duobus, ff. de secund. nup. in gl. 1.

Exemplis non est iudicandum, sed legib. l. nemo, C. de sen. & interlo. om. iud. Contra, ff. quod quisq; iu. in rubro, & nigro. Solutio est in gl. l. nam Imperator. 38. ff. de legibus.

Longum iter est per præcepta, breue & efficax per exẽpla, inquit Seneca; ex his enim exẽplis, res fit magis clara & manifesta, vt in l. prętor, §. quoties, ff. de colbo.

Exem-

Exempla regulam non restringunt,l.dãni infecti,ff. de dam. infect. l. regula, ff. de iur. & fac. igno

Exempla omnia mala sunt orta de bonis rebus, gl. in rub.C.ne liceat pot.

Exempla maiorum imitanda sunt,l, apud Iulianum, §.Antistia,ad Trebel.

De modicis expensis non est curandũ, ff.de impen. in re.dot.fact.l.omnino.

Expensæ faciende sunt secundum statum suum a qocunque, respectu facultatis, siue secundum suam nobilitatẽ,de admin.tuto.cum plures,§ de tuto. & arg.l,pen. vlt. ff. de negot.gest. & Auth. vt deter. sit nu. cle. §. cum Deo vero amabilis, in fin. col. 1.

Exigere est ab inuito extorquere, l. fideicommissæ, §.in rem de leg.3.Cõtra de l.si pupilli,§.si.ff.de neg gest.Ias.in l.non solum,in 3.col.ff.sol.matr.

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus.
Accipito placide,plenè laudare memento.No.gl.in l.quisquis, circa med.C.de postul.

Exceptio debet esse de regula, & sub regula continetur,l.quod liquido,ff.de penu.leg.

Exilij tempus quomodo computetur,vi.supra,Bannum.

Exitus acta probat,l.quædam, ff. de re. dub.C.de his,qui.vt indig.l.cum Sylleianum,& ff de publi. l.his,qui.& C. de iudi.l. rem nouam, §. fin.

Expensæ factæ pietate materna, vel affectione domestica,non repetuntur, quia præsumuntur factæ animo non repetendi,l.1.C.de nego.gestis. Vnde nec Mater repetit alimenta filiorum, sed sic expensas circa res illorũ,l.alimenta quidẽ: eo.tit.

Expo-

Expoliatus fortunis suis non debet in solidum dãnari, Instit. de act. in fi.

Expressa nocent, non expressa non nocent, l. expressa, ff. de re. iur. in l. non nunquam, ff. de cond. & demon.

Et expressa non prosunt quæ non expressa non proderint, C. de noua. l. fin. & in Auth de duo. re. § hęc ita, & C. de inst. & subst. subcond. fa. l. fin. iuncta l. præcipimus, in princ. Contra vtrumque, ff. si cer pet. l. cum quidam.

Expressū dicitur illud, quod fit specialiter per verba clara & aperta, nō per signum, & verba generalia, c. 2. de rescrip. lib. 6. in cle. appellanti, de app. Præpo. in c. tuæ. in 4 colu. de spon. l. fi. C. de noua. l. non ignorans, C de donat.

Expressio cum adiectione alicuius qualitatis non dicitur proprie tale, sed improprie, Bart. in l. Lucius §. quæsitum, ff. de lega. 3. vbi dicit, quod appellatione fratrū non veniunt fratres patrueles proprie, cum illi non appellentur fratres simpliciter, sed cum illa adiectione, patrueles.

Expresso vitiato non vitiatur tacitum æque principale l. si fideiussor, in princ. ff de lega. 1 & l. 1. §. 1. quib. mod. pig. vel hypot. sol & hoc vbi non est eadem ratio, Alex in l. 1. hoc edicto, §. nuntiatio. in 9 col. ff de ope. no. nun. Contra de ser. rust. præd. l. item §. qui habet.

Expressum si nō valet, nec tacitum, l 3. §. qui habet. in fi. ff de ser. rust. præd l. si sponsus, §. si maritus, ff. de dona. inter vir. & vxor.

Extraneus, ceteris tamen paribus, post ponendus est indigenę in concursu benef. c. nullus, dist. 60.

Exte-

Exteriora indicant interiora Insti. de re.di.§.pauonum, & l. Ciuile, C. de fur. & l. non codicillum, C.de testa. Contra, ff. de offic. præf. l. obseruandum,& l. emancipare,ff. de adop.

Extraiudicialis denuntiatio non constituit aliquem in mala fide,l.pe.ff.pro emp. Alex.in l.de pupillo, §. nunciationem,in 3. col. ff. de ope. noui. nun. Decius in l.4.in 2.col.de reg.iur.

Extraordinarium dicitur illud, quod officio Iudicis expeditur l.pecuniæ verbū.§. persecutionis, ff.de verbo.sig.Decius in rubr.de iudi.in 8.col.

Extraordinarium auxilium non est petendum, quando ordinariū haberi potest, insti. Vbi habet.

Extra territorium ius dicenti impune non paretur, ff.de iurisd om.iud.l fi.& l.præses.ff de offi.presi. Contra de.l.emancipati,ff.de adop.& l.2.de offi. proconsul.& lega.

Extrinsecus actus probat intrinsecum animum, ff. de tut.& cura.da ab his,l.hi,qui.

F

FAcere intelligitur quod non debet, qui non facit quod facere debet, ff.de ædil.l. quid sit, §.idem,& §.fi.86.dist.non satis.

Factum Iudicis censetur factum ab ipsa parte, l. si ob causam.C.de euict.

Factum eo modo, quo non debuit, pro non facto habetur, l.1.§.quod si, vbi. gl. in v. aut inhabilis ff.quod cuiusque vniuers.

Faciēs actum videtur se astringere legi de illo actu loquenti, Bal. in l.si duo, per illum tex.ff.de acq. hered.

Facien-

Facientes, & consentientes pari pœna constringuntur, vi. sup. Agentes.

Facit quod faciendum est, qui facit plus, quam facere debet, l. si is, cui, vbi gl. verb. plusquam, ff. quemad. ser. amitt.

Facere videtur qui patitur, quod prohibere potest, l. quid ergo, cum ibi no. de his, qui not. inf.

Facere quis potest aliquid tacite, sed non expresse, gl. in §. veteraui, l. filius fam. de procur.

Faciam ne aliquid, an voluntate mea fiat, nihil refert, l. 4. C. de iu. deliber.

Faciens contra ius suum præsumitur illud renunciacere, inf. Præsumitur.

Factum legitime irritatur, delicto superueniente, 1. q. 7. si quis, 27. q. 2. qui dormierit, 30. q. 1. de eo. & c. ad limina. Contrarium, vide supra in littera D. in verb. Delictum.

Factum contra nuntiationem noui operis demolitur, etiam si ius adesset faciendi, l. 20. §. 1. de no. op. nũt. Heres autem contrafacientis tenetur tantum ad patientiam, non ad impensam demolitionis, l. penul. ff. eo

Factum incontinenti dicitur etiam quod fit, interposito vno die, l. 23. §. alt. ff. ad l. Iul. de adult.

Factum alicuius ipsum iudicat, ff. de proba. l. comprobatio.

Factum vnius alios non debet trahere in periculũ, ff. ad l. Aquil. l. seruus seruum, §. ceterum si alius, & ff. de offi. præsi. l. illicitas, §. sicut.

Facta prudentissimos homines fallunt, de iur. & fact. ignor. l. 2. in fi.

Ea,

Ea, quæ de facto fiunt,non sortiuntur effectum, §. fin.Instit.de ingen.

Factum frequenter dicitur bis factum, Rochus in c.fin. col. 77. in fi. de consuetud.

Factum non subtiliter emendans laudabilior est eo, qui prius inuenit, gl. in §. cæterum. Inst. de leg. agnat. success.

Factum censetur etiam quod est in fieri,gl.in §.cum ex aliena. Inst. re. diu.

Factum dubium potius interpretamur in bonam . quam in malam partem,vi.inf. In facto.

Omnia , nostra facimus , quibus nostram impartimur auctoritatem.

Factum non dicitur quod factum non durat,gl.notab. per illum tex. in l. item eorum, §. quid si ff. quod cuiusq. vniuersitatis nomine .

Facta pro infectis haberi nequeunt,l.in bello,§.facti,ff.de capti.& postlimi,reuer.

Iniquum est, eum, qui non fecit, teneri, l.super, §. apud ferocem, ff. de aqua plu. ar. Contra de l.4. §.Cato.de verb.obl.vbi Ias.3.not.

Factum à Iudice quod ad officium eius non pertinet,non est ratum,l.factum,ff. de re.iud.

Factum ab alio non sufficit , quod ego facere teneor, l. si opus, ff.quod vi, aut clam, l. locum, §. condemnatum, ff.de tab. exhib. & l.Titio, ff. ad municip.

Pro Facto habetur,quod casu impeditum fuit,gl.in l. turpia, §. sed et si,verbo,per te, ff. de legat. 1.

Facto ex eodem potest quis præmium consequi, & pœnam, gl. vlt. in l. 1.ff. de his, quibus vt indig.

Facti quæ sunt ad alios non transeunt, l. vnica §.ne

autem C.de cad-tol ff.de sta.libe.l.statu liberi §. si quis Stichum.& §.fi.& l.qui heredi ff.de cōdi. & demon.

Facti causa potius attenditur,quam ipsum factum, 24.q.8. occidit & q.3 si Ecclesiam & 7.q.1.scias. Contra, quia illud, quod est dignius, debet attendi l.cum diuerso, ff de relig. & sumpt. fu. sed factum,quia dicitur effectus, est dignius causa l. quod ex liberta,ff.de ope.lib §.1.

Contra factum suum aliquis non debet venire text. in c.veniens,de fil.Presb.ff.de adopt.l.post mortem, C. de contrah. empt. l. non idcirco. Sed Contra C.de agri.& censib.l.quemadmodum,& C.de lib.causa.l.1.& C.de anno.ciui.lib.11.adde c.nosti,de elect.

Falcidia, & Trebellianica non detrahitur de re prohibita alienari, autent; sed & in re, C. ad l. Falcid.

Falsum sine dolo non committitur, l.nec exemplū, C.ad l.Cor. de fal. & l.impuberem, ff.eo.ad leg. Cor.de fal.

Falsa demonstratio vitiat actum,qui geritur,l.si sic, ff.de l 1 C.de her.Inst l.si pater.Contra de l.falsa demonstratio,ff.de cond.& demonstr.

Falsa causa non vitiat actum,qui geritur, l.lege demonstrante,ff.de cond.& demonst. & l. in suam, §.illud,ff.eod tit.& C.de fal.cau adie.l.1.

Falsitas aliqua testimonio admista vitiat totum testimonium,inf. verbo, Veritas.

Fama plus est custodienda,quam oculi, l. infamia, C.de decuri.lib.10.

Fama præponderat emolumento pecuniario, ff. de

de re. iudic. l. si duobus.
Familiares inimici sunt pestiferi, arg. C. de dolo, lata, c. 1. 93. di. vnde Boetius: Nulla pestis efficacior est ad nocẽdum, quam familiaris inimicus.
Familiæ appellatione, qui nam contineantur, vi. in l. is. qui ff. de lega. 3. l. 1. §. familiæ, ff. de public. & l. quantæ eo. tit.
Familiam vbi quis habet, ibi morari dicitur, l. vxoribus, ff. de lega 3.
Familiarum dignitatem saluam esse, publice interest, l 1. §. sed etsi, verbo publice, ff. de vent. inspic.
Familia est de foro Clerici, C. de Epi. & Cle. l. 2.
Familiaritas nimia parit contemptum, l. obseruandum, ff. de offic. præsi. quod est verum inter famuos, 86. dis. cap. quando.
Fauori pro se introducto potest quis renuntiare, l. Titio centum, ff. de cond. & demonstr. Contra de cap. si diligenti, de foro compet.
Fauoribus adeo defertur aliquando, quod gubernatoribus locorum potius de bono gubernio prouidetur, quam gubernio de bono gubernatore. Et ideo fraudes.
Fauorabiliores sunt vltimę voluntates cõtractibus ff. de reg. iur. l. in testamentis, & ibi vide pro cõcor. l. quæ conditio. ff. de cond. & dem. & l. qui insulam, ff. de verb. obl. Contra, quia vltima voluntas conditionalis non transmittitur ad heredem, & contractus sic, Instit. de verb. obl. §. ex conditionali. iuncto, §. sin autem,
Fauorabilia sunt amplianda, & odia sunt restringẽda, l. cum quidam, ff. de lib. & posthu. & ibi vide

de hoc, C. de edic. diui Adr. tol. in fin. & Inst. de vsuca. in prin. in gl. Contra, ff. de his, qui not. insa. l. 2.

Fauore alicuius inductum non retorquetur ad eius odiũ. Fallit, si ille peccat in legẽ sibi indulgentẽ. Vnde dilationes, & termini inducti in fauorẽ rei retorquetur in eius lęsionem, vt præsumatur cõtra ipsum, quando nimiis dilationibus iudicium subterfugit, c. nullus, de præsumpt.

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Casus dementis correctio fit sapientis, glo. alle. istos versus in 8. tit. in Auth. de man. Princ. col. 2.

Fera si mihi aliquid rapiat, meum permanet quoadusque possum illud persequi, l. 44. ff. de acquir. rerum dom.

Feriato die etiam ad honorem Dei, potest actus pius fieri, vt dare tutorem, & huiusmodi, l. 2. de fer.

Feudatarij si non concordant in regimine feudi, Rex debet facere, vt alternis vicibus gubernent, gl. in l. marg. ad l. quoties, 41. ff. de vsufr. & quemadm.

Fiat ne aliquid, an id, quo ad illud pernenitur, nihil refert, l. nec timere, cum gl. fin. ff. quod met. cau.

Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero, l. certum, ff. loca.

Fictio, seu præsumptio, non operatur, nisi in eo, in quo veritas potest locum habere, ff. lo. & condu. l. qui ad certum & C. loca. & condu. l. legem.

Fides

Fides veritatis verborum adminicula non desiderat, C. si mu. ab here. se absti. l. 1.

Fidelitas præualet diuitiis, ff. de verb. obl. l. si quis stipulatus § si ita, & de tut & cur. dat ab his, l. scire oportet, § cum reliquis.

Fideiussor potest liberari ab obligatione ante tempus in 3. casibus, nempe, si debitor diu cessauit a solutione debiti, 2. Si bona sua dissipare cœpit, 3. Si fideiussor super hoc fuit condemnatus, cap. fin. de fideiuss.

Fideiussores minus idoneos accipiens suæ facilitatis pœnam ferre debet, l. si id, a quo, ff. de legatis primo

Fieri dicitur eodem tempore, quod fit successiue, gl. in l. antiqui, verbo, eodem, ff si pars her. pet.

Fieri quod debet, non quod fit, attendendum est, ff. de offic. præsid. l. sed licet: extra de elect. c. cum causa, & l. si. ff. de iu. & iust.

Fieri quod debet nocet omissum, ff. de transa. cũ filius §. si prætor & C. arbi. tut quicquid, Contra, ff. de adop. his verbis, ff. loca. fundũ meum C. de his, qui. vt indig. non oportet.

Filij non dicuntur qui non sunt boni, glo. in c. quid est 35. q. 7.

Filius non est homo integer, sed pars patris, l. cum scimus, C. de agric. & censit. lib. 11. circa princ.

Filius potest corrigere patrem, ff. de condi. cau da. cau. non se. l. 3. si quis Contra in Auth de nup. §. rea & §. secundũ statutum, col. 4. nõ in moribus, sed in iure: Sequitur leuitur filia matris iter. Et sequitur leuius patris iter filius, hoc no. in l. & si

 nolit,

nolit, §.qui mani.ff.de ædi.edic & glo.est finalis decreti, quæ hoc dicit.

Filij scientia gloria est patris: glo.fin. §. proinde l. Iulianus ff.ad Macedon.

Filij tres præsumuntur esse in vtero matris prægnantis, l. sed & si, §.si pater familias, ff. de iudicijs.

Filius familias scholaris non gaudet Macedoniano, gl.Inst.Quod cum eo §. his quoq; verbo Senatus, vbi & in alijs x. casibus non procedit.

Filius non habet amicum patre meliorem, glo.in l.quidam, verbo, instituere, ff.de her.instit.

Filiusfamilias non potest facere testamentũ; C.qui testa.fac.pos.l.seruum quidam, §.filium, Contra, quia filius quo ad ea, quæ sunt publici iuris, habetur pro patre famil. ff. de his, qui sunt sui, vel alien.iur.l.filius, sed testamentum est publici iuris, l. 3.ff.de testa.ergo, &c.

Filius impugnare potest testamentum patris, allegando, ipsum fuisse manifestum vsurarium. Signorol. de Homodæis consil. 13. quidam Bartholomeus, & ad hoc facit text. in cap. quamquam, de vsur.in 6.

Filij comitum, viuente patre, dicuntur comites, gl. fin.in c.fin.24.q.1.

Filius soluens debitum patris defuncti sine alia expressione, præsumitur soluere, vt heres l.2.C.de iu.libert.

Si filius, ergo heres, ad Galathas, 4. cap. & l. siue possidetis, C.de proba.

Eadem est ratio finis & eorum, quæ tendunt ad finem, l.ratio, ff.de spons.

Illa

Illa, quæ ad vnum finem ordinantur non debent contraria operari, C. de legibus, cum multis similibus.

Fines mandati sunt diligenter obseruandi, ff. mād. l. diligenter §. si inter ff. Contra, ff. quemad. ser. amit. l. si cui.

A fine denominatur res, l. si quis a multis, ff. de noxalibus. C. de iudi. l. rem non nouam, § fin. & ff de leg. 3. l. ex imperfecto. Contra de. l. 3. §. scio, ff. de minor.

Finis actus est attendendus, vide gl. in c. scientes, de censib. C. ad Silleya. l. cum Silleyanum, & C. de no. co. compo. l. 1. in princ. Cōtra, immo principium, ff. de ori. iur. l. 1. C. de pign. act. l. creditor. l. si quis a multis, ff. de noxal

Fiscus hoc tollit quod non accipit Christus, c. maiores nostri, 16. q. 2.

Fisco vendente hereditatem creditores molestent emptorem, l. 1. C de heredit. vel act. vend.

Aduersus Fiscum solummodo emptores prius petitione pretij compensationem iure obiicere prohibentur l. si ditione, in fi. C. de compensat.

Fiscus non potest alienare res controuersas. l. res, ff. de iure Fisci.

Fœmininum non concipit masculinum, l. si ita scripto, ff. de lega. 2. Contra, ff. de iure pæ. l. adigere.

Forma dat esse rei, & vbi mutatur forma, intelligitur etiam esse mutata res, l. Iulianus §. sed, & si & quis, ibi no. ff ad exhib.

Forma si a lege sit statuta, tūc paria sunt facere contra, & præter. inf. Vbi aliquid.

Forma est,quæ dat esse rei,& conseruat eam in esse ff.ad exhi.l.Iulianus scribit, §.sed si quis,& ff.de au. & arg leg.l.sæpe. & l.is, qui quadraginta, §. quędam ff. ad leg.Faldid.

Forus conscientiæ est forus boni & æqui: & tribunal veritatis & non fictionis,nec in eo apices excusant: ita Bal.in l.vnica in 3 col.C.de confes.

Forū sortiri,& statutis ligari a pari procedunt,c.2. de constit. Phi.Deciu latius in cap. 2. in 25. col. de iud.

Forum quis sortitur ex 4. causis,nempe, domicilij, contractus,delicti,& rei sitæ. Hoc procedit in actione personali,sed in reali attenditur forum rei ipsius sitæ,c.fin de foro compet.

Fortuitus casus non continet furtum, vel rapinam, nec aliam vim, Angel.& gl.in §.namq; si, verbo, casu, Instit.de act.

Forte,phylosophicum est temperamentum,l.fideicom.§.si rem,vbi gl.ver. forte,ff.de le. 3. vbi,sub dubio forte respondent sæpe periti, & in Auth. quomodo oportet Episc.§.semel, super ver forte,col.1.

Fratrum dura est separatio, l.possessionum, §. 1. C. communia vtriusque iud.tam famil. er. quam commu.diuid.

Frater appellari potest qui diligitur fraterna dilectione , l. nemo dubitat , §. 1. ff. de hære. insti. Abb.in cap.coram,in glo. 1.de offic.deleg.

Fraus sine vtili de facili non solet committi. Paris de resig.q.3.nu.21.

Fraus , & dolus prodesse alicui , & etiam nocere simplicitati alterius, non debent, ff.de do.l.1. &

l.ex

l.ex dolo,C.de leg.l si.in fraudem.Contra,ff.de mino.l.in causę cognitione,& l.seq.& l.si prętio, §. quemadmodum,ff.loca.& condnc.

Fraus debet in suum authorem retorqueri,l.pe.in fi.C.de leg. vnde Ouidius, Discat.in auctorem pœna redire suum.

Fraus si mihi fiat,non debeo propterea, & ego alteri idem facere,est optima l.si pater tuus, C.de nouat.

Fraudis causa eum tractatur, quid potissimum attendatur,vi.inf.verbo,Generaliter cũ de fraude.

Fructuum defectus in vno anno suppletur in fructibus sequentium,l.legatum ita §.1. de annu.lega.

Fructus omnes iure soli,non iure seminis,percipiũtur,l.qui fundum,ff de vsur.

Fructus & partus futuri recte emuntur, l. nec emptio,ff de contrah.emp.& obli.ff. de pigno. l. & qui non dum,in princ.

Frustra velociter currit,qui priusquam ad metas perueniat, deficit,de pœr.dist.3.c.in cassum.

Frustra præcibus impetratur quod iure communi conceditur,C.de thesau.l.1.lib.10.& C. de edic' prin l.si vt proponis.

Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora, & æque bene l.3.ff vet.ve.du.in princ.& l. generaliter,C.de inst.sub cond. fac.& Inst. quod cum eo, qui in aliena potestate,in princ.Contra Inst. de leg.§.1.& C. de Epis.& Cle. l.raptores,C.de rap.vir. l.raptores.

Frustra expectatur euentus, cuius nullus sortitur effectus. C. qui admi. ad bo. pos.l. fin. & ff. de iud. l.i non videtur. Contra de l. quibus

diebus

diebus, §.2.ff. de condi. & demonstr. & l.4. §. 1 eo.tit.

Furcæ ne tradi debeat corpus delinquentis, pendente criminis discussione mortui, negant aliqui; alij tamen arbitrarium Iudici putant, ad terrorem, & exemplum aliorum, gl. marg. ad l. l fin. ff. ad l. Iuliam Maiest. Afflicto enim non esset addenda afflictio.

Furiosus loco absentis est, ff. de iu. codi l.2. §. fi.

Furor aliquem excusat, nam si quis furiosus hominem occiderit, non tenetur, l. diuus Marcus, ff. de offic. præsid. ff. ad leg Cor. de sic. l. infans, & ff. ad leg. Pompeiam de pari. l. pe. in fi.

Furtum non committitur in re incorporali, immobili, aut propria illam capientis, gl. Inst. de oblig. quæ ex del §. 1, in v. rei,

Furem nocturnum occidens non punitur vt homicida, inf Qui occidit.

Furtum marito facit vxor, sed in honorem matrimonij turpis actio furti non admittitur, l. 1. & 2. ff. de act. rerum amot.

Furtum est contrectatio rei alienæ fraudolosa, Inst. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. §. furtum.

Furtum a furuo, id est, nigro dicitur, quia clam, & occulte fit Insti. de obl. quæ ex quasi ma. nasc. §. 1. idem no. ff. de vent. inspi. l. 1 §. luminaria.

Furtum sine affectu furandi non committitur, l. furtum, ff. de vsuca. & Insti. eod. §. item si is, ad quē. Contra de l. qui factum, & l. fullo. §. qui ancillam, ff. de fur. & ff. de condi. ob cau. l. cum seruus.

Furtum vnum magnum æquipollet tribus: & ideo

pro

pro illo fur suspendi potest Bal. per illum tex. in Auth.sed nouo iure, in fi.pen.col. C. de ser.fug. per tex.sing.in l.si is,qui tres §. pen. ff.de excus. tut.tenet Ias.in §.ex maleficiis in 2.col. Inst. de actio. & quomodo furtum dicatur esse vnum,vel plura,vi.l eum,qui §.item scribit,ff.de furtis.

Furtum facit is qui iumenta sibi commodata longius duxerit,vel alio modo inuito domino vsus fuerit,ff.de fur.l. qui inmenta, & Instit.eo.tit.§. furtum autem.

G

GAudent breuitate moderni,gl.in l.fin. ff. quod metus cau.& l.ampliorum, §. in refutatorij, C.de appellat.facit glo.in l.1.ff.de offic. praefect. praeto.

Geminatio mandati nihil operatur,ar. l. cum procurator,§.si dominus ff.de no.ope.nunc. Bald.in rub.de procur.in 3.col.

Generale dictum generaliter est intelligendum, ff. de serui.vrb.prae.l.si seruitus,ff.de publ. l. de precio.Adde cap.1.19.di.& c.sunt nonnulli,1.q.1.c. solitę,de ma.& ob.Contra ff. de in ius vo.l. quãuis, limita, vt per Cepol.in l.si decerta,in princ. C.de transact.

Generalitas non trahitur ad futurum,nisi exprimatur, l. si a colono, ff. de verb. obl. nec ad ea,quae verisimilia non sunt,ff.de litig.l.obligati.Contra, C.quae res pig.ob.po.l.fin.

Generi per speciẽ derogatur,ff. de reg. iur.l. in toto, & ff. de leg. 3. l. seruus vrbanis, de fundo instruct.

instruct.l.cum delanionis, §.cni fundi,& sequen. Cõtra,ff.de suppel.leg.l.legata,& de ali.de l.verba,vide glo.de hac materia dit vt l. communi, cum §,pen.ff.de fundo instru.

Generale tantum valet in omnibus,quantum singulare in singulis,ff.de adm.tu.l.si duo,ar.ff.de lega. 2.l. vnum ex familia,§.duos. Contra ff.de acq. heredit.l.si mihi bona,§. sed vtrum si quis, l. sed & si rei capitalis,§.communium.

Generalibus specialia insunt,not. glos. ff. de seruit. vrb.præd.l. si seruitus.

Generaliter eum de fraude disputatur non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est, ff.de reg. iur. l. generaliter.

Generaliter verba emissa causa commendandi non obligant dicentes ff.de ædil. edict. l. sciendum tamen, in fin.& de act.& oblig.l.obligationum substantia, est text.in cap. cum venissent, extra de instit.

Generalis ratio præualet speciali. No.gl. Insti. de. vsuc.§, quod autem dictum, super verbo,vsucapio,& de nup.§.affinitas,& socrus:Contra ff.de edendo l. quædam vnde, vbi ratio generalis procedit à lege, & specialis ab homine in §.quod autem dictum, vtique procedit a lege.

Generaliter & regulariter, quid differant, Decius late in l.1.in 2.& 3.col ff.de re. iud. Præpo.in c. synodum 17.dist. Abb.in cap. venerabilem, de elect. & cap. quoniam, vt lit. non conte. vide omnino apostillam ad Dyn.in proœ. de reg.iur. lib.6.in princip.

Generi per speciem derogatur, cap. generi, de reg. iur. in 6.

Genus, quod non potest verificari nisi in vna specie, habetur pro specie l. 2. & 3. ff. de libe. & posthu. cap. ex parte. 1. de offic. deleg. & c. quoniam, eo. tit.

Genus mulierum auarissimum est, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si stipulata.

Genus dicitur quod prædicatur de pluribus differentibus specie, secundum Porphirij, not. glo. 2. ff. de re. cre. & Insti. de iu. na. gen. & ci. §. plebiscitum, super verbo, plebs autem, l. si quid earũ, §. inter, ff. de leg. 3.

Glosæ non debent pro textu allegari, not. glo. ff. de offic. præsid. l. sed licet

Gratificationi locus est, ff. de rel. l. fin. in princ. & si ad Sylla. l. 3 § si quis cum omnes, & de leg. 2. l si quis seruũ, §. inter duos, adde tex. in l. si chorus, ff. de leg. 3. l. actione, §. renuntiare, ff. pro socio, & l. 1. de procu. Contra, C. de lega. l. si duobus in princ. & l. quoties, ff. de vsufr.

Grauari quis nõ debet ex sola præsumptione, l absentem, ff. de pœnis.

Graue est naturam fallere, C. de inof. test. l, si quis suo.

Graue est fidem fallere, ff. de const. pec. l. 1. in princ.

Grauius est offendere æternam Maiestatem, quam temporalẽ, vt in Auth. gazatos C. de hæret. cap. vergentis, extra de hæret.

Grex ad minus continet decem oues, ff. de abigeis, l. oues.

Haberi

H

HAberi dicitur aliquid.quod habetur vſque ad mortem, l.pater filium, §. Iulianus Agrippa, ff.de leg 3.

Habendus eſt quis prout in ciuitate ſua eſtimatur l.1.ff.de quæſtionibus,tenet Abb.in c.poſtquam, in vlti.no.per illum text.de elect.

Habere non deſinit qui nunquam habuit, l. non potuit,ff.de reg.iu.

Hæreticus poſt mortem per ſententiam declarari poteſt hæreticus,cap.accuſatus,ad fi. ver. in eo. vero caſu , de hæreti.in 6. & ibi glo. in ver. poſt mortem.

Hereditas nihil aliud eſt,quam ſucceſſio in vniuerſum ius,quod defunctus habuit tempore mortis, ff.de re.iur.l hereditas.

Heres heredis eſt heres primi teſtatoris,l.qui liberis, de her.Inſtit.

Heres conueniendus eſt, vbi defunctus debuit, l. heres abſens,ff de iudi.

Heres mariti non tenetur vltra quam facere poteſt,pro dote,etiam legata vxori, Alex. in l.etiã, in fi principij,ff.ſol.matr. per l. quod ſi maritus, de conſtit pecunia.

Heredis appoſitio non ſolum ad proximum heredem refertur,ſed etiam ad vlteriorem,l.heredis, ff.de verb·ſignif.

Heres eſt ſucceſſor lucri.& vitiorum defuncti, l.an vitium,& l.cum heres,ff.de diuer.& tempo.prę-ſcript.

Heres pro ea parte,pro qua eſt inſtitutus, repræ-

ſentat

ſentat perſonam defuncti,gl.2.in l.2.ff de prętor. ſtipnlat.

Heres & defunctus eadem perſona reputantur,in Auth.de iure.iur. §. præſti. circa princ.& col.5. C. de impu. & ali. ſubſti. l. fin. Contra, ff. de pact. l. qui in futurum, & l qui libertis, §. hoc verbo, ff de vul. & pup. ſub.eo. quod heres heredis eſt heres teſtatoris, C. de her. Inſt.l. fin.§. ſed ſi idem.

Homo præſumitur bonus,vel malus ratione nationis. Sic & filius præſumitur bonus propter patrem,l.quod ſi nolit,§.qui mancipia,ff.de ędil. edic.gl.in Auth.de referend.ſac. pal.ad fi.verbo, ex patribus.

Homo mortuus non eſt proprie homo,gl. in l. 1. in princ. ff. de pac.tex.in l. ſeruum manumiſſum,ff. de cond.indeb.

Homini hominem inſidiari nephas eſt, cum inter nos cognationem quãdam natura conſtituerit, vt l.vim ff.de iu.& iure.

Homicida eſt dupliciter, & ſui ipſius, ſcilicet & alterius, qui ſcienter proximum compellit ad peierandum,c.illud,22.q.5.

Homini malitię dedito facile eſt quodlibet malum adinuenire, Auth.vt ij, qui obligatas, §. 1. & glo.ibi in verbo adinueniat.addit & maxime de officialibus intellige.

Honeſtus amor pendet ex animo, nõ ex lucro,no. glo.l.hæc ratio. in prin. ff. de dona. inter vir. & vxor.Sic etiam dicitur, ad cor reſpicit Deus:vt ff.de ver.obl.l.ſi ſtipulatus fuero,in fin.

Hone-

Honesti viri debent esse in suis domibus nocte adueniente, ff. de ori. iur. l. 2. §. & quia magistratus.

Honorat defunctum qui voluntatem eius adimplet, in Auth. de nup. §. vnde sancimus, col. 4.

Honor est, esse heredem, l. Iulianus scribit, ff. si quis omissa caus. testa.

Honor maior debetur principali, quam administratori, l. sed & si §. fin. ff. de in ius vo. quod facit ad intelligendum, cap. sane el. 2. de offic. deleg. vbi vide Decium.

Honor est præferendus omni commodo pecuniario, C. de insti. & substi. l. reprehendenda.

Honor onus habet, inst. de iure natu. §. sed & quod Principi.

Honor ideo aspiratur, & onus non: quia animus hominis, qui generosus est, aspirat ad alta, non sic autem ad onera: Ioa: And. in addit. c. si religiosus. de elect. §.

Honor ex grauamine non resultat, l. non quasi, §. si plures, ff. de fideicommiss. lib. l. ab eo, C. de fideicommiss.

Honorum augmentum non ambitiose, sed labore contingit ad vnumquemque deuenire, l. vnica, C. negotiatores ne militent, contra publicam, lib. 12.

Honor in lucro est præferendus, l. Iulianus, & ibi, g'o. ff. si quis omissa causa testam.

Honores gradatim conferri debent, ff. de mune. & honor, l. vt gradatim, & qui promouentur, de minori ad maius promoueri debent. 73. di. legimus, in fi. 1.

Honor, & vita æquiparantur, l. iusta causa, ff. de ma-

manumit.testam. Et ita licet defendere hororē, seu famam, sicut vitam, facit gl.in §.suspectus autèm, in ver. ob culpam Inst.de suspec. tut. quod est verū de honore magno, secus de leui. iniuria, §.si quis.de honoribus, ff.de iniu. vide Ias.in repe.l.admonendi, nu. 96. de iur. iuran.

Hostes sunt, quibus bellū Populus Rom. decreuit, vel ipsi Populo Rom.l.hostes, ff.de cap.& postli. re.& l.hostes, ff.de verb.sign.

Humana natura quodammodo labitur ad delicta, in aut. de monach. §. si vero, col. 1. cap. omnis ætas, 12.q.2.

Hosti fides est seruanda, ff.delegatio, l.fin.

Humilitas dum nimium seruatur, regēdi frangitur auctoritas, cap.quando 86.dist.

I

IDem est de his, quæ non sunt, & quæ non apparent, l.in lege, ff.de contrahen.emp. & ven.vide infra in litera N.

Idem ius est de toto quo ad totū quod est de parte quoad partem. verb.ius.

Ieiunium solitum seruari per annum dicitur ieiunium feriæ quartæ, & sextæ. Cano. Apost. 68.

Ignorantia iusta, & probabilis, debet excusare, Inst.manda.§ sed vtilitas; sed non ficta, l. si liberet.C de bonis libert.

Ignorans regulariter de vitio non tenetur, ff.de act. empt. & ven. l. Iulianus, §. item qui furem,

G nisi

nisi in quinque casibus enumeratis in gl.illius.§.

Ignorantia in facto proprio aliquando ex interuallo admittitur,Bar.in l.si res,ff.de leg.1.in l.si quis delegauerit,in fin.de noua.Non obstat cap. pro illorum, de sent. excom. quia ibi fuit in continenti,& ita intelligitur,l.quisquis,de contrahen. empt.

Ignorantia inuincibilis peccatum excusat. C. de ser.fug.l.quæcumque,Bald.in cap.a nobis ,de exceptio.vi.l.in omni parte,ff.de iuris ,& facti,Cõtra,C.vnde vi.l.si quis in tanta.

Ignorantia facti aliquem excusat, l.nihil, §.sicut filius,ff.de inoffi testa.quia erranti succurritur.

Ignorantiam allegans non tenetur eam probare, sed aduersarius tenetur probare scientiam,l.fin. C.de sponsa.Contra de l.qui cum alio contrahit. ff.de reg.iur.& l.2.in fin.ff.de fideiuss.vide Alex.in l.2.in 6.col.sol.mat.

Ignorantia præsumitur,nisi scientia probetur,ff de probat.l.verius,cum ibi not.licet ar.contra l.cũ indebito,in eodẽ tit.in fine primi,respon. & no. in c.ad audiẽtiam nostram,extra de rescr.& vide tez.contra in l.fin.de sponsa.

Quis non auditur si dicat,se ignorare quę tractauit, in proe.fforum,& ff.ad Senatuscon. velle,l.quãquam.

Immemor salutis æternæ nemo præsumitur,l.fi.C. repetund. id est,ad l Iul.repetundarum.

Impensæ voluntarię mutant naturam earum,ratione rei vbi fiunt, tex.est in l. quod si hæc res ff.de impen.i n re do.fac.

Impeditis electoribus eligere currit tempus, si illi possunt

possunt tollere impedimentum,c.vlt.de elect.

Impedimentum impediens aliquem venire ad aliquod ius;licet postea cesset, ille non potest admitti,text.est in l.si a primo,ff.de libe.& posthu. facit,ca.si eo tempore,de rescr.lib.6.

Impedimentum allegare, & probare non sufficit, nisi,& c.vi.supra Allegare impedim.

Impediunt multa contrahenda.quæ non impediũt iam contracta,ff.de his,qui sunt sui, vel alie.iu.l. 4.§.patre futioso,adde tex.in l.1.ff.de ferijs, Cõtra de.l.nõ dubium,C de legi.& c. vides 10.dist.

Impeditus non dicitur is,qui de facili impedimentum remouere potest,Bal.in l.sed & si per prętorem,§.1.ver.sed nec ad nos,ff.ex qui.cau.ma. & idem Bald.in l quibus diebus, in princ.de cond. & dem.per tex.in l.qui potest facere,ff.de re.iu. & est tex.vbi no.Abb.in c.fin. de elect.

Imperator legitimando remouet nubeculam, quæ dicebatur spurietas,ita no.dicit Bald.in l.manumissiones in 2.oppo.ff.de iust. & iure,& dicit ẽt idem Bald. in l. si te pares, C. de suis & le. quod esse spurium est quoddam velamen,quo quis impeditur succedere,vt filius,& illud velamen legitimatione submouetur, per tex. in l. imperialis, C.de nup. ibi, omni macula, per quem tex.dicit ibi, Bal. quod per legitimitatem tollitur omnis infamia spurietatis,ita quod amplius spurius dici non debet,aut nuncupari.

Imperfecta duo non faciunt vnum perfectum. l. si spadonem,§.qui multa,ff.de excu.tut.

Impossibilitas iuris,& naturæ aequiparantur, gl.in l.3.ff.quæ sent. si.appell.resc.

Impoſſibilium nulla eſt obligatio, ff. de reg. iur. l. impoſſibilium: & l. ſi ſtipuler, ff. de verb. oblig. Contra, ff. de condi. & de. l. meuius, §. 1. & Inſti. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iu. §. ei expedit.

Imperitia culpę adnumeratur, regula iur. ff. intellig. in eo. qui ſcire tenetur.

Impunitas continuum effectum tribuit delinquendi, l. ſi quis, C. de fur. cap, vt Clericorum de vita, & hon. Cleric.

Imputatur ei, qui ſe ponit in periculis, ff. ad l. aq. l. item Mella. in princ.

Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum, de reg. iur. lib. 6. ibi vide contraria per Dyn. & ff. de condi. Inſt. l. quæ ſub conditione. §. quoties.

Incoepiſſe bene ſufficit in negot. amicorum, vi. inf. Principe bono.

Incertitudinis, & exitus incerti ratione conceditur id, quod alias non concederetur, l. 23. C. de vſur.

Incoeptum habetur pro facto, prob. gl. in §. cum ex aliena, Inſtit. de rerum diuis.

Incertitudo vitiat actũ, l. ſi frumentũ, & l. idem Põponius, in fi. ff. de rei vendit. & Inſtit. de lega. §. incertum. Sed & alias tolerari facit contractum, vt in famoſo c. nauiganti, d vſur. & l. ſi ea, C. eo. & Barb. in l. cum acutiſſimi, in col. 87. C. de fideicom.

Incertis ſe committere non debet quando certis poteſt, l. cogi. §. idem, vbi gloſ. verb. Cautionis, ff. ad Trebel.

Inconſtantia permittitur, ff. de ac. empt. l ſi ſterilis, §. qui

§.qui domum, in glo. Contra, ff. de proc. in causæ in prin. & ibi gloss.

Incontinenti factum dicitur, quod fit etiam vno die interposito, l. 23. §. fin. ff. ad l Iul. de adult.

Inducta ad vnum finem non debent contrarium effectũ inducere, l. qui hominem, §. fin. ff. de solut. vbi solutio non debet operari obligationem, l. si certis, C. de pac. Contra de l. in numerationibus, ff. de solut.

Industria personæ electa non admittit substitutum vide inf. Substitutus. Dicitur autem electa industria quando ardua committũtur, Menoch. de arbitr. casu 205. & consil. 69. 93.

Infans dicitur minor septem annis, l. si infanti, C. de iur. delib.

Infinitum in iure probatur, C. de Sacrosan. Eccles. l. fin. extra, de rescri. cap. cum in multis, lib. 6. Contra, ff. de in lit. iuran. l. videamus, §. iurare.

Ingenium acutius est in primis horis diei, glo. in l. 1. verb. indefesso, C. de Iustin. cod. confirm.

Ingenui sunt qui ex matre libera nati sunt, ff. de sta. homi. l. & seruorum, §. ingenui.

Ingenuus est qui statim vt natus est, liber est, Insti. de inge. in prin.

Ingerens se habetur pro suspecto, l. qui omnia, ff. de procurator.

Ingratitudo est prima causa feudi amittendi: vt in 1. cau. in prin. quæ fuit prima causa feu. amitt. colla. 10.

Per ingratitudinem filius redigitur in potestatem C.de ing.l.1.

Ingratitudo desiccat fontem pietatis, l. si non sortem, §.libertus, ff.de cond.inde.Ange.de Malefi. fol.7.in 3.col,

Ingratitudo patris facit, vt alimenta eius filiæ etiā causa pietatis exhibita, repetantur, l.patrem, qui, 16.C.de nup.

Initium est spectandum, l. Pomponius, 2. ff. de negot.gest.

Inhabilitatis poena vi.Poena inhabil.

Iniuria, quæ fit exemptori venditorem non debet contingere, ff.de euic.l. fin.per imprudentiam.

Iniuriæ inde nasci non debent, vnde iura nascuntur l.meminerit, C.vnde vi, & extra de accus.cap. qualiter, & quando, no.Abb.in cap.cum inter.in vlt.notabili, de excep.

Iniuria iudicatur atrox ex qualitate personæ, & habitus, l.4.C.de iniur.

Iniustitia notoria quæ nam sit, vide inf. verbo, Notoria.

Inquisitio pēdens non irrogat infamiam inquisito, l.1.C.ex quibus cau.infa irrog.

Inspicitur, seu considerantur multa diuersis respectibus vi, inf.in verbo, Quod non videtur.

Inspiciendum est quod euenire potest: Insti.de re. di.§.illud quæsitum.ff.ad l. fal. l.inquantitate, §. magna, ff.de iurisdi.om.iu. l. si idem, circa fin.ff. loca.l.si quis domum; Futura sunt præcauenda. Cōtra de l.inter stipulantem, §.sacram, ff.de verob.& Insti.de inutil.stip.in princ.

Inspicimus in obscuris quod & verisimilius est, & id

id quod plerumque fieri consueuit, reg. iu. inspicimus,

Inspicimus ea, quę aptitudine esse possũt, licet actu non sint l. si quis posthumos, ſ. 1. ff. de libe. & posth.

Institutio & substitutio non habent locum in codicillo, l. non codicilli s, C de testam.

Insulæ Italię, pars Italiæ sunt, l. insulę, ff. de iudiciis.

Integra res non desinit esse per arrhæ dationem, vi. sup. Arrhæ.

Integra poena non debetur, parte obligationis impleta, inf. Poena.

Intellectus continens inhumanitatem est fugendus, & prorsus explodendus, l. furti, ſ. pactum, ff. de his, qui not. infa.

Intentio hominis comprehendit casus futuros, etiam si de illis de præsenti non cogitauit, l. qui iure militari, ff. de test. mili. Decius in l. 1. col. 4. C. de eden.

Intentio, & animus probatur ex dictis ante, gl. marg. ad l. 4. verbo, causa, ff. de doli mali.

Intellexisse quem ita verisimile est, vt verba eius sonant, l. nemo dubitat, in gl. ff. de her. Inst. l. Labeo, de sup. leg

Ad intentionem proferentis sermonem est recurrendum, ff. de leg 1. l. si quis.

Interest reipubl. ne sua re quis male vtatur: Insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. ſ. sed maior, in fi.

Interest reipublicæ, nec crimina maneant impunita, ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus, ff. de iudi. l. si longus, ſ. 1. ff. de nox. l. 4. ſ. cum dominus, ff. de fideiuss. l. si à reo, ſ. fi. C. de pœnis, l. si operis, ff. de

so.l.si Stichum,aut Pamphilum,in fi. primi resp. & C.de defensor.ciui l.per omnes

Intersit quatenus cuiusquam, vt.inf. Quatenus.

Interest iudicis subiectos habere locupletes, in auth.vt iudices sine quoquo suffra. §.consideramus enim,col.2.

Interesse probatur per iuramentum in causis summarijs,facti tamen qualitate per iudicem considerata, l.thesaurus, ff.ad exhibendum.

Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro. No. glo. in l.vnica,C.de cadu tol.circa prin.super verbo, inuidiosum.

Inuitus nemo cogitur defendere ff. de reg.iur. l. inuitus.

Inuitis officia sunt tribuenda, inf. Officium.

Inuitus nemo tenetur defendere absentem, l.inuitus,C.de procur.

Iteratum nō dicitur illud,quod ignoraturesse factū.

Iracundia excusat a culpa, loquendo de primis motibus, no. glo.in l.3.ff.de diuor.& rep. Item, minuit delictum, C. de adult. l. Gracchus, & C. de abolit. l. 2. item, contractum rescindit, ff. de public. l. licitatio, & l. quamquam, ff. de re.iu Contra, C.de iniur. l. si non conuicij, §.si in rixa.

Iudæi ad Fidem conuersi, non sunt in bonis suis molestandi, ne deterioris conditionis sint post Baptismum,quam essent ante. Extrauag.2. de Iudæis.

Iudæus est persona odiosa, & infamis, ca.cum nimis, extra de Iudæis, çap.nulla, 54.dist.c.constituit, 17.q.4.

Iudæi

Iudæi peiores sunt aliis infidelibus, cap. non ne, 1. q. 1.

Iudex aliquis non debet esse in sua causa, ff. de arb. l. penult. C. ne quis in causa sua, in rubro & nigro. Contra, de l. si libertus, ff. de oper. liber. ff. de Contrahen. empt. & vend l. hęc venditio. intellige, quando causa est principaliter propria. Vel etiam procedit in iurisdictione contentiosa, secus autem in voluntaria.

Iudex est comparandus medico, qui ex tactu, vita præcedenti, & vrina, iudicat de infirmitate, & ita, non semper habet liquidam causam infirmitatis, sed aliquando præsumptiuam, Bald. in rub. de proba. C. col. 2.

Iudex vocatur Princeps, l. si spadonem, §. si ciuitatis, ff. de excus. tut. & dicitur viua vox iurisciuilis, l. nam & ipsum, ff. de iust. & iur.

Iudex tenetur sequi opinionem suam, non voluntatem, gl. 1. in fi. in c. iudicet, 3. q. 6. facit, l. 1. §. 1. ff. ad Turpil.

Iudex dicens aliquem debitorem, videtur eum cōdemnare, l. prætor. in prin. ff. de iud. & ibi Bal. l. 1. ff. de calum.

Iudex debet sententiam ferre in scriptis, l. statutis, C. de sent. ex breui. reci.

Iudex debet omnino inquirere veritatē, l. is, apud, C de edendo.

Iudicis arbitrio non est quid relinquendū, quando alias potest per leges aliquid determinari, in f. Melius.

Iudex non debet aliquem sine causa citare, vel accusare, l. cum hi. ff. de transact.

Iudex

Iudex potest suspectus recusari sine causa, de iure ciuili, sed non canonico, inf. verbo Suspectum.

Iudex Ecclesiasticus cogit iudicem secularem ad seruandum ius canonicum ad salutem animarũ prouisum, c.2. de iure iur. in 6. Auth. Vt differentes iudices, colat. 9.

Iudicem recusantes sunt compellendi, vt eligant arbitros, C. de iud. l. apertissimi.

Iudex tenetur sequi opinionem suam, non voluntatem, gl. 1. in fin. in c. iudicet. 3. q. 6. fac. tex. l. 1. §. 1. ff. ad turpil. ibi: non secundum voluntatem iudicis: sed secundum authoritatem legum feratur sententia.

Iudex ex officio repellere debet testes indignos, Abb. in cap cum L. & A. de sen. & rè iud. gl. 1. in cap. quęrendum, 2. q 7.

Iudici non est obediendum, si euidenter iniquum est mandatum ipsius, siue contra ius, 23. quæst. prima, qui culpatur, & xj. q. 3. non semper.

Iudices & alij duces, debent large de rebus suis distribuere: & maximè Ecclesiastici, in Auth. de eo, qui Ecclesiasticã parua pẽsione, § quid enim causetur, coll. 2. alias est, Auth. de non alie. aut permu. reb Eccles.

Iudex non debet esse mitior lege, Auth. de iud. §, oportet.

Iudex potest suum errorem corrigere, si male sit interlocutus, l. quod iussit, ff. de re iud. extra de appell. c. cum cessante, de sen. excomm. c. sacro, & extra de accu. c. qualiter, & quando. Quod facit contra aduocatos, & consiliarios principũ, qui suum errorem sustinent.

Iudex

Iudex poteſt prohibere alicui, ne propter inimicitias tranſeat per domum meam, Bar. in l. quod iuſſit, ff. de re iud.

Iuſſus iudicis aliquem excuſat, ff. de aqua plu ar. l. quamquam autem, ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi quis id, §. doli mali, ff. de his qui not. infa. l. furtis, §. qui iuſſu, ff. quod vi, aut clam, l. 3 § . non iure, ff pro con. ſal. tuto. aut. l. interdum. Contra de appellat. l. quoniam.

Iudex de ſero accipiens proceſſum, & de mane iudicans, habet contra ſe præſumptionem, quod ſine cauſæ cognitione iudicauerit, inf. Præſumitur minime.

Iudex debet ter ſaltem cauſam audire ante ſententiam, l. nec quicquam, ff. de offi. proconſ.

Iudex dicitur facere litem ſuam quando damnum alterius in ſe transfert, gl. Inſti. de oblig. quę ex quali del. in verbo, Litem.

In iudicijs ſeruari debet æqualitas, c. vlt. 3. q. 5. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Procedit hoc, quando adeſt fauorabilis paritas, alias autem varietas perſonarum varium ius quoque facit, l. peu C. de tempor. in int. reſt. l. ſunt perſonæ, in fin. de relig. & ſumpt. fun.

Iudicium vbi coeptum eſt ibi finiendum eſt, l. cum quædam, ff. de iur. omni iud.

Iudicia, & arbitria, in multis sũt ſimilia, ff. de arbitr. l. 1.

In cognitione iudicij maioris quæſtio minori prę-fertur l. 1. C. qui ac. non poſ. hoc eſt verum, niſi minor ſit præiudicialis maiori C. ad. l. Iul. de adulte. l. quoniam.

Iudiciorum euentus sunt dubij, ff. de pact. l. quod debetur.

Iudicium est integrum, secundum Canones, quod plurimorum iudicio firmatur, cap. prudentiam, de offic deleg.

Iudicium idem est de toto quo ad totum: quod de parte quo ad partem, ff. de rei vendi. l. quæ de tota, ff. de verb. obl l. a I itio. Contra de l. naue, & l. mille, ff. de euic. & l. fi. de in ius voc. vt caueant aut satisdent.

Iuniores sunt senibus habiliores ad omne artificiũ, l principium, de ædil. edic.

Iuramentum est triplex, voluntarium, necessarium & iudiciale. Et hoc sine voluntate aduersarij non prodest, l. 3. in princ. ff. de iureiur. & gloss. in §. item si quis, vero postulante, Inst. de act.

Iuramentum non defertur habenti præsumpt. iuris contra se. gl. ff. in l. fin. ff. de eo. quod met. cau.

Iurantem fallit iuratio facta per artem, no. gl. in authen. iusiur quod præstatur ab his, circa princip. col. 2.

Periurium in Episcopo plusquam in aliis est puniẽdum, cap. 12. de iureiur.

Iurans vsuras non repetere, potest tamen ex noua causa repetere, puta, si mandaret creditor, heredes illas restituere, cap 20. eo. de iureiur.

Iuramenta duo contraria vbi sunt, seruatur illud, quod magis est licitum, reiecto altero, cap. 22. eo. tit.

Iuramentum minoris, vi. inf. Minor.

Iuramentum obtinet locum probationis, ff. de re. cre. l. sed & si possessoris, §. fi.

Iura-

Iurans debet tenere & tangere sanctuarium, siue librum, super quo iurat. in aut. iusiu. quod præstatur ab his, in prin. col. 2.

Iuramentum factum in pacto à iure communi remoto, non est obseruandum, ff. de pac. l. iurisgen. §. fin.

Iuramentum contra bonos mores præstitum, nullum est, in auth. de iureiuran. à mo. præf. propter mensuram substantiæ, § non soluit col. 5.

Iuramẽtum de restituendo potest largo modo dici cautio pignoratitia, gl. in verbo, pignoribus, in cap. Episcopus, in synodo 5. q. 1.

Iuramentum non tollit ius commune, l. vl. C. de non nu. pec. & de transac. l. si ex falsis.

Iurare coguntur Presbiteri in sex casibus, quos enumerat gl in c. quoties, in fi. 1. q. 7 hoc videlicet modo: vt sit recta fides, vt obediat, vt bona fama, ne verum pereat; ne res sacra: vel data damna, 28. dist. de Syracusanæ.

Iuramentum inter alios factum alteri nec prodest, nec nocet, l. 1. ff. si mulier in possessione ventris nomine.

Iura se adaptant ad ea, quæ frequenter accidunt. ff. de leg. 3. l. ex his.

Iure naturali omnes homines liberi nascebantur, l. manumissio, ff. eo. tit.

Iurisdictio sine coercitione esse non potest, glo. fin. in l. magistratibus, ff. de iurisd. omn. iud. & l. 2 eo.

Iuri dictionem perpetuat citatio, gl. marg. in l. si quis postea ff. de iudiciis.

Iuris

Iuris nomen iustitia appellatur, l. 1. in prin. ff. de iust. & iur.

Iura canonica semper præualent legibus in causa matrimonij, etiam in terris imperij, text. est, & ibi notant Arch. & Domin. in §. hic colligitur, in fi. 2. q. 3.

Iurisconsulto quando aliquid proponitur, præsupponitur, quod omnia alia sunt expedita, & clara, glo. in l. Gallus est. 3. gloss. ff. de lib. & posth. Hier. But. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. adde l. si quæra nus, ff. de test. cap. 1. de æta. & qual. lib. 6.

Iurisperitus quandoque errat, l. 3. §. Neratius, ff. de acqu. poss. & in l. mutuis, & ibi no. ff. pro socio.

Iurisconsultus aliquando faciendo legem ad eius decisionem seipsum allegat: vt puta, cum lex sit Pauli, potest dici in ea, Paulus respon. & sic loquitur idem Paulus de seipso in 3. persona, l. 4 §. cato. ff. de verb. obli. l. liber homo, §. 1. ff. de stipul. seru.

Incíuile est, nisi tota lege inspecta, aliqua eius particula proposita, iudicare, vel respondere, l. incíuile, ff. de legibus.

Ius futurum remitti potest, l. 1. C. de pact. Contra, ff. de successi. edic. l. 1. §. decretalis, & ff. de pact. dot. l. pactum.

Ius ciuile est, quod legibus, plebiscitis, Senatusconsultis. decretis Principum, auctoritate prudentum continetur, ff de iustit. & iu. l. ius ciuile.

Ius prætorium est, quod prætores introduxerunt adiuuandi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia,

gratia, propter vtilitatem pub. & honorarium dicitur ab honore prætoris, ff. de iust. & iu. l. ius autem ci. in fine.

Ius autem honorarium est quasi vna vox iuris ciuilis, .nam ipsum, ff. de iusti. & iure.

Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens, Insti. de iusti. & iu. in prin. & ff. eod. tit.

Ius publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat, Insti. de iusti. & iu. §. pen.

Ius priuatum est quod ad singulos pertinet institut. §. eod.

Ius publicum in sacris, in Sacerdotibus, in magistratibus, & comitijs continetur, ff. e. l. 1 §. publicum.

Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur, l. 1. §. fi. ff. de iusti. & iu. & l. omnes, in fi.

Ius ciuile est, quod in totum a iure natu. vel gen. recedit, nec per omnia ei seruit, ff. de iust. & iur. l. ius ciuile.

Ius canonicum dicitur Diuinum, cap. nimis, de iureiur. & c. qualiter el. 2. de accu. Fel. late in prohe. decre. in princ.

Ius naturale est immutabile, Instit. de iure natura, §. fin. Contra, ff. de vac. te. l. 2. & ff. de cond. inde. l. nam natura, & inst. de vsucap. in princ. Declara, quod sit immutabile, verum est simpliciter, quia omnino mutari non potest; respectiue autem, seu aliqualiter, potest.

Ius naturale non constituitur per adoptionem, ff. de adopt. l. quæ in adopt. nec per epistolam, C. de proba. l. non nudis, & l. non epistolis.

Ius

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, Instit. de iure natu. gen. & ci. in prin.

A iure naturali descendit maris & fœminæ coniugatio, & liberorum procreatio & educatio, l. 1. §. penult. ff. de iusti. & iure.

Ius commune in dubio præsumitur, non priuilegiũ, l. quamquam, C. de testa. milit.

Ius commune difficilius tollitur, quam priuilegiũ, quia difficilius inducitur, in authentica, de reb. alien. non ali. §. sed quia verius simili, & §. militia missus, ff de mili. testam.

Ius idem est de toto quo ad totum, sicut de parte quo ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vend. cũ similib.

Ius in re, & ad rem, quid sint, vide tex. in l. sciendum, §. cum fundus, ff. qui satisda. cog.

Iuri suo renuntiare præsumitur qui iuri suo contrarium facit, cap. gratum, de offi deleg. de test. cum venisset de appell. solicitudinem, de his, quæ fi a ma. par. ca. cap. ex ore, de vi. & hone. cle. cap. vlt. C. de iu. do. imp. l. 2. & ff. de mino. l. si filius, ff. de inof. test. l. si exheredatus, & l. si proponas, § 1. & 63. dist. cum Adrianus.

Ius acrescendi est irreuocabile, vide sup. Accrescendi.

Ius accrescendi idem operatur, quod principale, l. si Titio, §. vsufructum, ff. de vsufr. vbi dicitur, quod portio accrescit portioni, vt alluuio, ad idem, l. interdum, §. 1. ff. de vsufr. accresc. & est tex. no. in l. pe. ff. vt leg. no. vbi fideiussor, qui stricte obligatur, tenetur non solum pro parte legati pro qua fideiussit, sed etiam obligatus intelligitur

tur pro alia parte, quæ virtute iuris accreſcendi acquiritur. Decius in l.edicta. C.de eden.

Ius ſuum nemini eſt ſubtrahendum.inf Nemini.

Iuſta deprecantibus nihil debet denegari,ff.de his, qui ſui,vel ali.iu.l.ſi dominus,§.ſed dominorum, Inſtit.eod.§.dominorum.

Iuspatronatus habens nō dicitur locupletior,l.nemo poteſt,§.1.ff.de re.iur.l.plane,§-fi.de leg.1. Crotus in l.ſi conſtante,in 25.col.ſol.mat.

Iuuare ſe quis poteſt ex eo,quod impugnauit, quādo eſt error. Bart. in l. poſt legatum in 3. col. ff. qui.vt indig.

Iuuenis rixoſus, ſi non apparet per quinquenniū, præſumitur mortuus, Alex conſi 4. in 6. col in 2.vol Hieron.Butr.in l.licet. C.de pac. Bart.in tract.de teſtib.

L

Labor non debet eſſe ſine mercede, c. ibi adunati,7.q.1.& 12.q.2 charitatem, & in auth. de iud.§.ne autem,colla.6 vbi dicitur, quod labor non debet eſſe ſine fructu.

Laborem cuiuſcumque æquiſſimum eſt, digna recompenſatione remunerari: quia, Cum labor eſt in dāno,mortalis creſcit egeſtas:vt ait Cato, C.de allu.l fi §.ſimiliter.

Labor & pecunia,diuiſionem recipiunt,l.ſcio. §.1. ff.de annu.legatis.

Nullum opus humanum ſemper durat;& mortalis Labor nihil efficit immortale.

Lachrymæ debent esse arma Clericorum, c. conuenior, 23. quæst. 8.

Laici non possunt tractare negotia ecclesiastica, cap. decernimus, de iudic. cap. bene quidem, 96. dist. Procedit in iudiciis, prout loquitur illa rubrica, sub qua situatur vterque tex. hic allegatus. Ex commissione autẽ superioris bene possunt; & immo laicus potest esse oeconomus Ecclesię in temporalibus; assessor, & cõsiliarius Episcopi; non autem Vicarius generalis; Decius in d. c. decernimus.

Laicus non testificatur contra Clericum, c. de cætero, de test. & attest. cum simil. facit tamen pręsumptionem, vel semiplenam probationem, & admittitur, quando de crimine agitur ciuiliter; atq; etiam in criminibus exceptis.

Lapis dicitur quasi lædens pedem. No. gl. Insti. de condi. in princ.

Largius expendit qui sperat, sibi aliqua euenire, C. de petit. her. l. sed & si.

Latrones possunt quæstionari die feriato, forte die Paschæ: & possunt cõdemnari, l. prouinciarum, C. de ferijs, Contra, l. 3. C. de Episc. aud. vbi dicitur, omnia vincula dissoluuntur die Paschæ.

Laudandus magis quis est in eo, quod acquirit ex sua virtute & industria, quam in eo, quod naturaliter, & ex successione illi prouenit, in quo nemo laudari, vel vituperari potest, gl. in l. expressisset, ff. de captiuis.

Legatarius non potest esse testis in causa testamenti ff. de testamen. l. qui testamentorum, Instit. eo. §. pen. Contra, quia nemo testis

in

in sua causa &c. ff. de testa. l. nullus, C. eo. l. omnibus.

Legatum est donatio quædam in testamento relicta, l legatum, ff. de legat.

Legitimatus dicitur filius abusiuus, Bal. in l. Paulus, ff. de sta. hom.

Legitimans Imperator dicitur tollere spurietatis nubeculam, vide supra Imperator,

Legitime factum nullam pœnam meretur, C. ad l. Iul. de adul. l. Gracchus, & C. de admin. tut. l. sancimus & ff. de reg. iur. l. nemo damnum. Sed contra C de secun. nup. l. 1. & in auth. l. quotiẽs, C. ne tu. vel cu. l. 1. & C. rem alienam gerentibus, l. 1.

Lenocium 2. modis efficitur, vi. inf. Maritus committit,

Lex non debet fieri propter bonas fœminas, quia raræ sunt, sed propter malas, quia multæ sunt, vt in auth. vt sine prohi. ma. &c. §. quia verò col. 5. Nam ex his, quæ forte aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur, l. ex his, ff. de legi.

Legibus & non exemplis iudicandum est l. nemo C. de sen. & inter om. iud. Contra de cap. afferte, de præsumpt. cum vu'g. Sol. illud procedit, quando exempla non sunt à Principe approbata, vt in contrarijs.

Leges debent intelligi secundum subiectam materiam, l quod si quinto anno, ff. commod.

Lex, quæ facit vim in verbis, est in l. si quis Sempronium, §. si. d. hæ. insti. & tex. in cap. solitæ, de ma. & obed.

Lex aliquando fit de non dubio propter rudes, c. 1. de no. for. fide, l. quæro, ff. de natalibus restit.

Legi locus non est, vbi hereditas soluendo non est, l. si quis solidum, de hære. insti.

Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire, ff. eo. l. leges.

Leges non permittunt, aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori. in auth. de hær. & fal. in fi. col. 1.

Legibus expressum est, illicitæ rei iusiurandum non oportere seruari: in auth. quod eis, C. de nup.

Promptum est leges legibus concordare, l. vnica, C. de in of. fi. donat. & no. in §. fi. in auth de exhi. & intro. re. col. 5.

Legem superiorum tollere nemo potest, ff. de arbi. l. nam magistratus.

Lex noua tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat; sed non speciales consuetudines, & statuta rationabilia, nisi id explicet, cap. 1. de constitut. in 6.

Lex noua non procedit vltra casum in ea comprehensum, l. si alienum, §. in extraneis, de her. instit.

Legum correctio est euitanda, C. de appel. l. precibus, in fin.

Legē ipsis rebus, & non verbis imponimus, C. cōmunia de leg. l. 2. in fi. & de vsuris. l. fi.

Lege deficiente recurritur ad auctoritates Doctorum, vt supra, Doctor.

Lex est quotidiana, ergo vt illis l. certe, §. fi. ff. de præca & materia quotidiana est melius & subtilius examinanda, Bar. in l. 1. in prin. ff. de inspe. tuto.

Lex

Lex obscura nobis insidiatur,gl.in l.1.ibi,legem insidiantem , C.de no. co. compo. & nihil tam proprium legibus,quam claritas, vt in auth.de testa. imperfe. §.1.

Lex non facit, quod ea, quæ sunt, non sint: sed fingere bene potest, l. 2.ff. de vsu. ea. re. quæ vsu consu.

Lex pro egentibus debet condi,seu corrigi,in auth. de non eligen.secundo nuben.inprin.col. 1.l.assiduus,C.qui po.in pig. hab.

Leges in scholis degluciuntur , in praxi digeruntur.

Legibus iam determinata immutare non licet: quæ autem nondum legibus decreta sunt, sequuntur arbitrium humanæ voluntatis.

Lex cum in præteritum indulget, in futurum vetat quod indulsit,vt ff.de legi.& Senatus,l.cum lex.

Legis nouæ dubia debent dirimi ab eiusdem conditore, ad hoc, vt vim legis generalis obtineat; non a iudice, cuius sententia solum litigantes obligantur , l. fin. & l. cum de nouo , C. de legibus.

Legem abrogare, derogare, prorogare , &c. quid importet,vi.supra,Derogare.

Libellus est breuis scriptura narrationem actoris in se continens, vt C. de appell. l. ampliorem §. litigatores . Et dat formam, seu tenorem sententiæ, inf. Sententia formanda est.

Libellum famosum inueniens, & non lacerans, sed alijs pandens , tenetur tamquam auctor ad poenam capitalem , l. vnica , C. de famo. libel.

Iuris nomen iustitia appellatur, l. 1. in prin. ff. de iust. & iur.

Iura canonica semper præualent legibus in causa matrimonij, etiam in terris imperij, text. est, & ibi notant Arch. & Domin. in §. hic colligitur, in fi. 2. q. 3.

Iurisconsulto quando aliquid proponitur, præsupponitur, quod omnia alia sunt expedita, & clara, glo. in l. Gallus est. 3. glo. ff. de lib. & posth. Hier. But. in l. pactum, quod dotali, C. de pact. adde l. si quæra nus; ff. de test. cap. 1. de æta. & qual. lib. 6.

Iurisperitus quandoque errat, l. 3. §. Neratius, ff. de acqu. poss. & in l. mutuis, & ibi no. ff. pro socio.

Iurisconsultus aliquando faciendo legem ad eius decisionem seipsum allegat: vt puta, cum lex sit Pauli, potest dici in ea, Paulus respon. & sic loquitur idem Paulus de seipso in 3. persona, l. 4 §. cato. ff. de verb. obli. l. liber homo, §. 1. ff. de stipul. seru.

Inciuile est, nisi tota lege inspecta, aliqua eius particula proposita, iudicare, vel respondere, l. in ciuile, ff. de legibus.

Ius futurum remitti potest, l. 1. C. de pact. Contra, ff. de success. edic. l. 1. §. decretalis, & ff. de pact. dot. l. pactum.

Ius ciuile est, quod legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis Principum, auctoritate prudentum continetur, ff de iustit. & iu. l. ius ciuile.

Ius prætorium est, quod prætores introduxerunt adiuuandi, supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia,

gratia,propter vtilitatem pub.& honorarium dicitur ab honore prætoris, ff.de iust. & iu. l.ius autem ci.in fine.

Ius autem honorarium est quasi vna vox iuris ciuilis, .nam ipsum,ff.de iusti.& iure.

Iustitia est constans,& perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens,Insti. de iusti.& iu.in prin. & ff.eod.tit.

Ius publicum est quod ad statum rei Romanæ spectat,Insti.de iusti.& iu.§.pen.

Ius priuatum est quod ad singulos pertinet institut.§.eod.

Ius publicum in sacris, in Sacerdotibus, in magistratibus,& comitijs continetur, ff.e.l.1.§.publicum.

Ius gentium est,quo gentes humanæ vtuntur, l.1.§.fi.ff.de iusti.& iu.& l.omnes,in fi.

Ius ciuile est, quod in totum a iure natu. vel gen. recedit,nec per omnia ei seruit,ff.de iust.& iur.l. ius ciuile.

Ius canonicum dicitur Diuinum,cap.nimis,de iureiur.& c.qualiter el.2. de accu.Fel. late in prohe. decre.in princ.

Ius naturale est immutabile, Instit. de iure natura, §.fin.Contra,ff.de vac.te.l.2.& ff.de cond. inde. l.nam natura,& inst. de vsucap.in princ.Declara, quod sit immutabile, verum est simpliciter, quia omnino mutari non potest; respectiue autem,seu aliqualiter,potest.

Ius naturale non constituitur per adoptionem, ff. de adopt.l.quæ in adopt.nec per epistolam,C.de proba.l.non nudis,& l.non epistolis.

Ius

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, Instit. de iure natu. gen. & ci. in prin.

A iure naturali descendit maris & fœminæ coniugatio, & liberorum procreatio & educatio, l. 1. §. penult. ff. de iusti. & iure.

Ius commune in dubio præsumitur, non priuilegiũ, l. quamquam, C. de testa. milit.

Ius commune difficilius tollitur, quam priuilegiũ, quia difficilius inducitur, in authentica, de reb. alien. non ali. §. sed quia verius simili, & §. militia missus, ff de mili. testam.

Ius idem est de toto quo ad totum, sicut de parte quo ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vend. cũ similib.

Ius in re, & ad rem, quid sint, vide tex. in l. sciendum, §. cum fundus, ff. qui satisda. cog.

Iuri suo renunciare præsumitur qui iuri suo contrarium facit, cap. gratum, de offi deleg. de test. cum venisset de appell. solicitudinem, de his, quæ fi a ma. par. ca. cap. ex ore, de vi. & hone. cle. cap. vlt. C. de iu. do. imp. l. 2. & ff. de mino. l. si filius, ff. de inof. test. l. si exheredatus, & l. si proponas, § 1. & 63. dist. cum Adrianus.

Ius acrescendi est irreuocabile, vide sup. Accrescendi.

Ius acerescendi idem operatur, quod principale, l. si Titio, §. vsufructum, ff. de vsufr. vbi dicitur, quod portio accrescit portioni, vt alluuio, ad idem, l. interdum, §. 1. ff. de vsufr. accresc. & est tex. no. in l. pe. ff. vt leg. no. vbi fideiussor, qui stricte obligatur, tenetur non solum pro parte legati pro qua fideiussit, sed etiam obligatus intelligitur

tur pro alia parte, quæ virtute iuris accrescendi acquiritur. Decius in l.edicta. C.de eden.

Ius suum nemini est subtrahendum.inf Nemini.

Iusta deprecantibus nihil debet denegari,ff.de his, qui sui,vel ali.iu.l.si dominus,§.sed dominorum, Instit.eod.§.dominorum.

Iuspatronatus habens nō dicitur locupletior,l.nemo potest,§.1.ff.de re.iur.l.plane,§.fi. de leg.1. Crotus in l.si constante,in 25.col.sol.mat.

Iuuare se quis potest ex eo,quod impugnauit, quādo est error. Bart. in l. post legatum in 3. col. ff. qui,vt indig.

Iuuenis rixosus, si non apparet per quinquenniū, præsumitur mortuus, Alex consi 4. in 6. col.in 2.vol Hieron.Butr.in l.licet. C.de pac. Bart.in tract.de testib.

L

LAbor non debet esse sine mercede, c. ibi adunati,7.q.1.& 12.q.2 charitatem, & in auth. de iud.§.ne autem,colla.6 vbi dicitur, quod labor non debet esse sine fructu.

Laborem cuiuscumque æquissimum est, digna recompensatione remunerari: quia, Cum labor est in dāno,mortalis crescit egestas:vt ait Cato, C.de allu.l.fi §.similiter.

Labor & pecunia,diuisionem recipiunt,l.Ticio. §.1. ff.de annu.legatis.

Nullum opus humanum semper durat:& mortalis Labor nihil efficit immortale.

H Lachry-

Lachrymæ debent esse arma Clericorum, c. conuenior, 23. quæst, 8.

Laici non possunt tractare negotia ecclesiastica, cap.decernimus,de iudic,cap.bene quidem,96. dist. Procedit in iudiciis, prout loquitur illa rubrica,sub qua situatur vterque tex.hic allegatus. Ex commissione autẽ superioris bene possunt; & immo laicus potest esse oeconomus Ecclesię in temporalibus; assessor, & cõsiliarius Episcopi; non autem Vicarius generalis; Decius in d. c.decernimus.

Laicus non testificatur contra Clericum, c.de cætero,de test.& attest.cum simil. facit tamen pręsumptionem, vel semiplenam probationem, & admittitur, quando de crimine agitur ciuiliter; atq; etiam in criminibus exceptis.

Lapis dicitur quasi lædens pedem.No.gl.Insti.de condi.in princ.

Largius expendit qui sperat,sibi aliqua euenire, C. de petit.her.l.sed & si.

Latrones possunt quæstionari die feriato,forte die Paschæ: & possunt cõdemnari.l.prouinciarum, C. de ferijs, Contra, l.3. C.de Episc.aud.vbi dicitur,omnia vincula dissoluuntur die Paschæ.

Laudandus magis quis est in eo, quod acquirit ex sua virtute & industria, quam in eo,quod naturaliter, & ex successione illi prouenit,in quo nemo laudari, vel vituperari potest,gl in l expressisset,ff.de captiuis.

Legatarius non potest esse testis in causa testamenti ff. de testamen. l. qui testamentorum, Instit. eo. §. pen. Contra, quia nemo testis in

in sua causa &c. ff. de testa. l. nullus, C. eo. l. omnibus.

Legatum est donatio quædam in testamento relicta, l legatum, ff. de legat.

Legitimatus dicitur filius abusiuus, Bal. in l. Paulus, ff. de sta. hom.

Legitimans Imperator dicitur tollere spurietatis nubeculam, vide supra Imperator.

Legitime factum nullam pœnam meretur, C. ad l. Iul. de adul. l. Gracchus, & C. de admin. tut. l. sancimus & ff. de reg. iur. l. nemo damnum. Sed contra C de secun. nup. l. 1. & in auth. l. quotiēs, C. ne tu. vel cu. l. 1. & C. rem alienam gerentibus, l. 1.

Lenocium 2. modis efficitur, vi. inf. Maritus committit.

Lex non debet fieri propter bonas fœminas, quia raræ sunt, sed propter malas, quia multæ sunt, vt in auth. vt sine prohi. ma. &c. §. quia verò col. 5. Nam ex his, quæ forte aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur, l. ex his, ff. de legi.

Legibus & non exemplis iudicandum est l. nemo C. de sen. & inter om. iud. Contra de cap. afferte, de præsumpt. cum vulg. Sol. illud procedit, quando exempla non sunt à Principe approbata, vt in contrarijs.

Leges debent intelligi secundum subiectam materiam, l quod si quinto anno, ff. commod.

Lex, quæ facit vim in verbis, est in l. si quis Sempronium, §. fi. d. h. insti. & tex. in cap. solitæ, de ma. & obed.

Lex aliquando fit de non dubio propter rudes, c. 1. de no for. fide, l. quæro, ff. de natalibus restit.

Legi locus non est, vbi hereditas soluendo non est, l. si quis solidum, de hære. insti.

Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire, ff. eo. l. leges.

Leges non permittunt, aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori. in auth. de hær. & fal. in fi. col. 1.

Legibus expressum est, illicitæ rei iusiurandum non oportere seruari: in auth. quod eis, C. de nup.

Promptum est leges legibus concordare, l. vnica, C. de in of. fi. donat. & no. in §. fi. in auth de exhi. & intro. re. col. 5.

Legem superiorum tollere nemo potest, ff. de arbi. l. nam magistratus.

Lex noua tollit primam contrariam, quamuis id non exprimat; sed non speciales consuetudines, & statuta rationabilia, nisi id explicet, cap. 1. de constitut. in 6.

Lex noua non procedit vltra casum in ea comprehensum, l. si alienum, §. in extraneis, de her. instit.

Legum correctio est euitanda, C. de appel. l. precibus, in fin.

Legē ipsis rebus, & non verbis imponimus, C. cōmunia de leg. l. 2. in fi. & de vsuris, l. fi.

Lege deficiente recurritur ad auctoritates Doctorum, vt supra, Doctor.

Lex est quotidiana, ergo vt illis l. certe, §. fi. ff. de præca & materia quotidiana est melius & subtilius examinanda, Bar. in l. 1. in prin. ff. de inspe. tuto.

Lex

Lex obscura nobis insidiatur, gl. in l. 1. ibi, legem insidiantem, C. de no. co. compo. & nihil tam proprium legibus, quam claritas, vt in auth. de testa. imperfe. §. 1.

Lex non facit, quod ea, quæ sunt, non sint: sed fingere bene potest, l. 2. ff. de vsu. ea. re. quæ vsu consu.

Lex pro egentibus debet condi, seu corrigi, in auth. de non eligen. secundo nuben. in prin. col. 1. l. assiduus, C. qui po. in pig. hab.

Leges in scholis degluciuntur, in praxi digeruntur.

Legibus iam determinata immutare non licet: quæ autem nondum legibus decreta sunt, sequuntur arbitrium humanæ voluntatis.

Lex cum in præteritum indulget, in futurum vetat quod indulsit, vt ff. de legi. & Senatus, l. cum lex.

Legis nouæ dubia debent dirimi ab eiusdem conditore, ad hoc, vt vim legis generalis obtineat; non a iudice, cuius sententia solum litigantes obligantur, l. fin. & l. cum de nouo, C. de legibus.

Legem abrogare, derogare, prorogare, &c. quid importet, vi. supra, Derogare.

Libellus est breuis scriptura narrationem actoris in se continens, vt C. de appell. l. ampliorem §. litigatores. Et dat formam, seu tenorem sententiæ, inf. Sententia formanda est.

Libellum famosum inueniens, & non lacerans, sed alijs pandens, tenetur tamquam auctor ad poenam capitalem, l. vnica, C. de famo. libel.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi vi,aut iure prohibeatur fieri, Inst. de iur.perso.§.1.

Liberum corpus non recipit æstimationem, l.1.§. sed cũ liber.&l.fi.in fin.ff.de his,qui deie.vel effu. & si qua:pau.fecis.dicatur, l.ex hac sic.ff.de rerũ diui. sacra.&§.fin.

Libertini sunt,qui ex iusta seruitute manumissi sũt, Insti.de liber.in princ.ff.de sta.homi. l.1.

Linguæ lubricum non est facile trahendum ad pœnam,l.famosi,C ad l.Iul.Maiestatis.

Litigare cum iudice suspecto periculosa res est, & quæ tristissimos sortiri solet effectus, l. apertissimo, ff.de iudiciis.

Litis initium fit per contestationem,l.1. C.de plus pe.de iud.l.apertissimi. & C.vbi de crimine agi oportet, l.1.

Lites ciuiles vltra triennium; criminales vero vltra biennium a lite contestata, non sunt protelandæ,l.properandum,C.de iudic.

Litigiosã rem scienter alienãs punitur in simplum. l. fin. Et hodie re litigiosa legata debetur litis euentus,ibi C.de litigiosis.

Litigiosam rem consecrans, vel dedicans punitur in duplum parti applicandũ,l.fin. ff.de litigiosis.

Litteræ commendatitiæ non animo obligandi, sed simpliciter commendandi emissæ censentur, C. quod cum eo,qui in al.pot.l.finali.

Litteræ Principis debẽt ostendi,vt de ipsius mandato possit constare,supra, Credendnm.

Loca nnn sanctificant homines, cap. non loca. & cap.fi. 40.dist. & non satis est Hierosolymis fuisse,

ſe, ſed Hieroſolymis beue vixiſſe, cap. gloria Epiſcopi, 12.q.2.& non ſufficit ſtuduiſſe, niſi bene.vt eſt gl.in l.vnicuique, C.de proxi. ſacro cri. Lib.12.

Non enim loca;ſed vita,& mores ſanctum Deo faciunt Sacerdotem, quum ex officio ſuſcepto,nō licentiam peccandi: ſed neceſſitatem viuendi ſe nouerit aſſecutum, ita tex. 11. diſt. in fin. prin. Trahitur quippe vita Pontificis (imo & cuiuslibet prælati) facile à ſubditis in exemplum c. magnæ,de vo. quia ſunt vt ſignum ad ſagittam poſiti cap. qualiter & quanodo 2. de accuſat. Et facit quod vulgo dicitur. Regis ad exemplum totus componitur orbis, not.glo.in cap ex merito.6.quæſtio.1.

Loci mutatio valet aliquando conuerſis ad pœnitentiam,cap. valet interdum,81.diſt.

Locatio non poteſt eſſe ſine mercede in pecunia, probat glo.in l.ſi olei, verbo,locaſti,ff.de loc. & cond.

Locator aliquando poteſt expellere inquilinum è domo ante tempus in quatuor caſibus,nempe, ſi immineat neceſſitas, quæ non imminebat tempore locationis, ſi domus indigeat refectione; ſi Inquilinus peruerſe conuerſetur vltimo,ſi per biennium non ſoluit canonem,cap.3. §.1.de loca.& cond.

Locupletari nemo debet cum aliena cactura, vi. ſupra Damnum.

Lucrari dicitur qui rem ex arbitrio agit, licet diſpendioſe,glo fi.in l.cum ſeruus, ff.de cond. cau. data cau.non ſequuta.

Lucratiuæ causæ duæ non possunt circa idem concurrere, vt supra, Causæ.

Ludus tabularum est prohibitus, in auth. de san. epi. §. interdicimus, colla. 10. nec a Clericis inspici potest, ibi.

Ludus scachorum est permissus: quia consistit in ingenio naturali. no. in auth. interdicimus, C. de Epi. & Cler.

M

Magister debet esse humilis, & benignus auditoribus, & humiliter docere, non cum austeritate & potentia, vt 46. dist. habet hic, l. obseruandum, ff. de offi præsi. & nimia saeuitia præceptoris culpæ comparatur, ff. ad leg. Aquil. præceptoris.

Magister nobilior fit per scholarem, pater per filiũ, & præses per subiectos: in auth. const, quæ de dig. §. generaliter, vbi gl. in verb. nobiliores, & honor est magistro habere optimos scholares, in gl. probe. ff §. accipite.

In Magistrum assumi non debet, qui non nouit esse Magister, c. cum in Magistrum, de elect.

Maior 14. an. potest facere testamentum, ff. de test. l. qua ætate, & Insti. qui cau. ma. non licet §. cum ergo certus modus constitutus.

Maiori parti in cumulo debiti standum est, l. maiorem, de pac.

Mala fides non constituitur per denuntiationẽ extraiudicialem, supra, Extraiudicialis.

Mala

Mala ſimpliciter ſunt magis deteſtanda, quam mala ſecundum quid, ff. de contrah. empt. l quod ſæpe § veneni mali.

Mala herba cito creſcit, no. gl. C. de his, qui ve. ęta. imp. l 2.

Male agens odit lucem: & ideo clam delinquens plus punitur, quam qui palam, ſupra, C lam.

Malis communicare non eſt malum, immo ad lucrandos eos Chriſti exemplo inuitamur cap. infideles 23 q. 4.

Malum eſt peccare, diabolicum perſeuerare. Not. glo. C. quomodo, & quando iudex ſen. ſer. de. l. conſentaneum.

Malus per poenitentiam emendatus, vlterius malus non dicitur, l. quod ita, ff. de ædil. edic. & cap. teſtimonio, de teſt. & no. per Io. An. in cap. ſemel malus, de reg. iur. lib. 6. quaſi dicitur nouus homo renouatus, 50. diſt. cap. ferrum.

In maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus, ff. ad l. Cor. de ſicca. l. diuus Adrianus.

Malitiis hominum obuiandum eſt, ff. de rei vend. l. in fundo alieno, § penul. vide omnino ornatum ad iſtam regulam per Hyppo ſingul. ſuo. 127. & vi. cap. illa præpoſitarum ij. q. 3. & l. altius C. de ſeruit. & aqua

Malum quamuis aliquid de ſe non ſit, ſi tamen ſit res mali exẽpli, fieri non debet, ff. de pe. l. ſi quis, §. qui abortionis, l. exemplo, C. de probat.

Malus quis non fit repente, ita nec nemo repente fit turpiſſimus, diſt. 1. de poe. cap. ſi ſermo. §. e contra. o.

Man-

Mandatum Principis se habere, nulli credendum est, nisi illud ostendat, C. de mand. Princip. l. vnica.

Mandatum suscipere liberum est, susceptum autem consumandum est, Insti. mandati, §. pen.

Mandatum habens ad petendum pecuniam, videtur habere mandatum ad solutionem recipiendam, l. quod seruus, & l. si seruus, ff. de solut Ias. post Alex. in l. filius in 2. col. C. de pactis.

Mandanti, aliquem verberari, mors secuta imputatur, c. 3. de homic. in 6.

Mandatum intelligitur, secundum quod dominus consueuit mandare, l. Titianus, ff. quod cum eo. Bal. in rub. de proc. in 3. col.

Mandatum contra bonos mores non est obligatorium, Instit. mandati, §. illud quoque.

Mandatum reintegra sola reuocatione finiri potest, Insti. mandati, §. recte.

Mandatum debet esse gratuitum, Inst. eod. §. fin. & l. 1 §. mandatum, ff. eod.

Mandati geminatio nihil operatur, supra verbo, Geminatio.

Manifesta delicta plus puniuntur, quam secreta. Est verum in manifeste prohibitis, non in his, quæ possunt excusari, glo. in § vi autem, Instit. de actio.

Manifesta, probatione non indigent, l. si vero, § 1. ff qui satisda. cog. & ff de act. empt. l. exempto in fi. primi responsi, & ff. de do. praleg. in fi. & C. de accus. l. ea quidem.

Manus datio significat vnionem, & signum pacis, c. fundamenta, vbi gl. de elec. lib. 6.

Manus

Manus Papæ appositio, quid operetur, inf. Papæ manus.

Maritus agit pro vxore, etiam sine man-dato; sed cauet de rato, l. 21. C. de procurat.

Iniquum est, vt Maritus pudicitiam ab vxore exigat; quam ipse non exhibeat ei: vt ff. de adul. l. si vxor, §. iudex.

Maritus committit lenocinium duobus modis. Primo, quādo vxorem suam vendit; C. de cond. ob tur. cau. l. mercalem. Secundo modo, quando maritus vxorem condemnatam de adulterio habet, vel sciens eam adulteram retinet, ff. ad leg. Iul. l. 2. §. 1. & l. mariti, C. eod. tit. l. 2.

Marito dissipante bona vxoris paraphernalia, ea consentiente censetur donatio; & repetit vxor quatenus maritus factus sit locupletior, l. 17. C. do. inc. vi. & vxo.

Marito ad inopiā vergente potest vxor dotem exigere ad sustentationem sui, & filiorum; l. 29. cum auth. seq. C. de iu. dot.

Maritum habere inutilem, vi. inf. verbo, Paria.

Sub Masculino genere continetur fœmininum, l. 1. §. 1. ff. de const. pe. l. patroni. & l. testatio, §. serui. & l. pronuntiatio, ff. de ver. sig. l. qui duos mulos, ff. de l. 3. l. tres fratres, in auth. iusiu. quod præstatur ab his §. 1. col. 2.

Sub fœminino genere non continetur masculinum; ff. de leg. 2. l. si ita scriptum.

Matrimoniū cōtrahens scienter cū secundā vxore, adhuc viuēte prima, & neque cognita, si cognoscit secundam, non potest hanc habere, etiam prima mortua; sed si nescienter duxit secundam

potest

potest cum hac remanere, si de nouo consentiat, cap. 16. de eo, qui duxit quam pol. per adult.

Matrimonium vbi non est, nec dos esse potest, Inst. de nupt. § sed si.

Mater multum amat filium, attamen non tenetur dotare filiam; nisi ex magna causa, l. 14 C. de iu. dotium.

Matrimoniorũ causa, etiam in terris Imperij, secũdum canones terminatur, sup. Iura canonica.

Materfam. dicitur quæ est notę authoritatis & honeste viuit in domo sua, ff. de lib. exhi l. 3 § fi. & ff. de his, qui sunt sui, & c. l. nam ciuium.

Matrimonium contrahens supponit se fortunæ, sicut nauigans. gl. 1 in cap. nouimus, 17. q. 2.

Matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: Insti. de

Medicus peritus solicitus, & traditiones artis obseruans, non impeditur ad ordines promoueri ob casum mortalitatis infirmi, c. 7 de ætate, & qualit. præficiend.

Medicus bene ferro ignito incidit vulnera, quæ fomenta non sentiunt. 1. q. 1. reperientur. Papa. po. § 1.

Medium est eligendum, in authen. de consul. circa princ. col. 4 vnde dicitur, medium tenuere beati, & facit ad hoc, ff. de offi. procon. l solent, § 1. Insti. de rerũ di. §, cum ex aliena materia. Vnde versus, Cum media semper gaudebam ludere forma, maior enim mediis gratia rebus inest. & illud, Inter vtrumq; vola, medio tutissimus ibis.

Melior conditio domini per seruos fieri potest, nõ deterior, ff. de re. iur. l. melior.

Melior

Melior eſt conditio poſſidentis, C.de rei ven.l.fi.in cap.de interdic.§.commode,& ff.de verb.ſig. l. ſi ſeruum.

Melius eſt non ſoluere, quam ſolutum repetere,l.3. ff.de compenſatio.

Melius poteſt quis videre alienum errorem,quam ſuum, vt patet in ludo de ſcachis; nam melius videt qui ibi aſſiſtit,quam luſor,nó.gl. l error,in fi. gl C.de iur.& fac.ignor.

Melius eſt pauca idonee effundere , quam multis inutilibus corda hominum prægrauare, l. tanta, C.de vete.iur.enu.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt , deterior fieri non poteſt , l. ſeruus, C.de pac.l.melior ff.de re iur.

Melius eſt, nocentem dimittere, quam innocentē puniri.ff.de pœ l.abſentem.

Melius eſt pignori incumbere , quam in perſonam agere,Inſt.de fur.§ furti autem.

Melius eſt intacta iura ſeruare , quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere , C. in qui. cau.in integr reſtit. l.fi. & C. quando vnicuique licet , ſic in l. 1. gloſſ. in cap. ſuſcepimus, & in cap.ſententiam, q. 24. in fi ie, ne Cler. vel Mon.

Melius eſt delinquere in faciēdo,quam in omittendo, l.Iulianus.§.1.ff de act.emp.& l.ſi ſterilis, §. cum per venditorem.eo.tit.

Melius eſt pauca caute agere , quam multis intereſſe periculoſe , in auth. de tabellio , circa medium,col.4.

Melius est triplici ratione, secundum philosoph' Primo Rhetoric. omnia determinare per leges, quantum possibile est, quam relinquere iudici arbitrio ex D. Tho. 2. 2. quæst. 67.

Melius est partem habere, quam toto priuari, Inst. ad leg. Falc. §. ex diuerso.

Melius est esse popularem vnius nobilis ciuitatis, quam nobilem esse mediocris ciuitatis, ita Bar. in l. 1. C. de Alex. prima, lib. 11. per illum. tex. & illud dictũ Bar. in d. l. 1. extollit Ludouicus Rom. in rep. l. si vero, §. de viro, in 14. fal. ff. sol. matr.

Mendaci multa damna imminent à iure. l. fin. ff. de rei vendic. vbi possessio aufertur mendaci, & transfertur in actorem, qui eum conuincit de mendacio possessionis. alia etiam exempla habentur penes. gl. in l. Inde Neratius, §. hæc actio, verbo, Duplũ: ff. ad l. Aquil. vnde duplatur quod erat simplandum, & remissiue ibi dicitur de eo, quod venit quadruplandum in pœnam mendacij.

Mendacium nemini nocens non est punibile, ita Bal. in l. fi. per illum tex. ff. quod cũ fal. tuto. quia, vt inquit Sal. in auth. contra qui propriam, col. 3. in prin. C. de non nu pec. mendacium, quod alteri non nocet, censetur nugatorium.

Mentis qualitas indicatur ex incompositione corporis, c. sic ergo 45. dist. in fi & 23. dist. cap. His.

Mens in animo retenta nihil operatur, l. si repetendi, C. de condit. ob causam data, l. si maiores, C. de transact.

Mer-

Merces fœlicitatis non acquiritur, nisi per laborē virtutis, c. ieiunium, circa prin. de conse, dist. 5.

Meretrici datum repeti non potest, ff. de condi. ob tur. cau. l. item si ob stuprum, § semper & quod meret. de donat. l. affectionis.

Meretrix mater, filiam meretricem exheredare non potest, l. in arenam, vbi Bar. C. de inof. test.

Merum dicitur ab omni alia re separatū, l. qui res, §. in Romæ, & ibi gl ff. de sol. l. sic, vbi Moder. post Ang. de leg. 1.

Metus est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio, l. 1. § metus, ff. quod met. cau.

Meum non esse apparet id, quod alterius esse decidit ur, l. Pomponius scribit, §. sed & is, ff de procurat.

Miles desijt esse secu'i, qui factus est miles Christi, cap. vnico, de vasallo mi. qui arma bellica deposuit, co. l. 10. in fin.

Miles non potest aliquem accusare, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, l. non prohibetur, C. qui accu non pos.

Miles non potest esse procurator, l. militem. C. de procur.

Militis heres petit restitut. in int. quamuis ipse miles eam non petierit, l. 1, C. restit. milit.

Milites non possunt esse aduocati, Inst. de except. §. pen. quia debent intendere, vel vacare circa arma, C. de iu. deliberan. circa prin.

Ministros paucos bonos habere in Sacerdotū ordinatione sanctius est, quam multos malos, c. cū sit ars artium, de æta. & qual. ord.

Mino-

Minori iuranti contractum non datur restitutio in integrum,l.1.C.si adu. vendit.

Minor 14. annis non potest esse iudex, l. quidam consulebant,ff.de re iud.

Minores 25. annis heredes scripti non tenentur vindicare mortem testatoris,si testator ab aliquibus interfectus fuerit,l.minoribus,C. de his,qui. vt indi secus si maiores essent, 25. an. quia tenerētur vindicare mortem testatoris: vt in ea. l.minoribus §.quod si maiorum,& si vnus illorum, qui interfecerunt testatorem,fuerit accusatus,& appellet,tunc maioris heredes scripti tenentur defendere appellationem, ibi. Sed de iu. Diuino dicitur, mihi vindictam, & ego retribuam.

Minor, & Ecclesia æquiparantur, cap. 1. de integ. rest.l.fi.C.de Sacr.San.Intellig. in casibus a iure expressis.Fallit autem,quia minor pręscriptione temporis seruatur illæsus. Ecclesia autem præscribit,& præscribitur contra eam. Goffr. in sum. de in integrum rest. cap. 3.

Minus si, quod videtur inesse, inest, & illud, quod magis,C.de Sacros.Eccl.aut.multo magis.

Minus tribuit, qui nihil tribuit,no. Inst. quod cum eo qui,§.cum duas,ff. de tribu.l.illud,§. si cuius dolo, & ar.de verb. sign.l. minus,& l. verbum amplius.

Minus peccat,qui illicita docet,quam qui addiscit, l.2.C.de haret.Sed hoc ibi non dicitur,sed in l. culpa.8. C. de malef. & mathemat. habetur expresse, culpa similis est, tam prohibita discere, quamdocere,

Minus

Minus est habere actionem, quam rem, ff de reg. iu. l. minus est.

Miraculum dicitur esse de his, quæ raro accidunt; auth. de consul. coll. 4.

Misericordia est rigori anteponenda, vt extra, de sortile, c. 2. C. de iud. l. placuit, & præceptum misericordiæ, omnibus est commune, vt 86. dist. non satis. Et sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est, vt 50. dist. pondetet, in fi.

Mistum sub simplici cōtinetur, l. 2 in prin. ff. de ver. obl. Contra de l. si ita quis, ff. de lib. & posthu.

Mitius agitur cum lege, quam cum eius ministro, l. & si post tres, ff. si quis cau. & l. Celsus, ff. de arbi. Contra de l. si fœmina, ff. de arb. & l. si tamen, §. pe. de compens. de l. si libertus ff. de iurepa, vbi, alienatio facta in fraudem hominis tenet Pro resolutione vide d. Car, iu cle. constitutionem, §. insuper, in 1. q. de elec. per Ias. in §. item si quis in fraudem, in 2. col. de act. Inst. & Decius format etiam contrarium in l. imaginaria, ff de reg. iur.

De modico non est curandum, ff. de oleo leg. l. si censu, §. fi. cum ll. seq. & ff commo. l. in reb. §. possunt, & ff. de in integ. rest. l. scio. & ff de contrah. emp. l. res. Contra; ff. de iud. l. si debitor, in glo. & de dam. infec. si proprietarius, & §. gallinarum, Inst. de re. diuis.

Procedit regula, nisi modica essent essentialia, vel multa, quia multa modica faciunt vnum satis, l. iustitia, C. de probat. Dicitur autem modicum in iure, respectu temporis spatium duorum, vel triū mensiū; exemplū est in bulla P. j V. de Simo-

niaca confidentia, vt apud Nau. in man. cap. 23. num. 190. Immo & vnus dies aliquando dicitur vnum momentum, C. de ferijs, l. 3.

Modus ita exceditur in eo, quod est amplius, sicut in eo, quod est minus, cap. custos, de offi. custodis. 51. dist. qui in aliquo 45. di. disciplina, 41. dist. quisquis, faciunt dicta sup. verbo, Medium.

Modus agendi, & excipiendi semper est attendendus, supra, Agendi.

Molendinum habens in flumine an possit impedire, ne aliud ibidem fiat, gl. allegat pro, & contra in l. si, manifeste, verbo, procurator, ff. de seru. & aqua.

Momentanea possessio dicitur, quę parũ potest durare penes possidentem, quia statim potest agi contra ipsum iudicio possessorio, ff. de acq. poss. l. non videtur.

Monachus antiquitus habebat proprium, gloss. per tex. in l. si quis Presbyter, C. de Episc. & Cler. Sed tunc non emittebantur vota. Monachus nõ potest esse sine claustro, cap. placueit, 16. q. 1.

Moneta a contrahentibus nuncupata intelligitur secundum cursum communem regionis gl. ad §. fin. Inst. de Attil. tut.

Mora potest purgari si post 3. 4. & etiam plures dies, compareat in iudicio, qui promisit comparere, l. & si post. 8. cum gl. ff si quis caut.

Post moram extincta re debita periculum est debitoris. Fal. si mora esset modici temporis, l. si debitore, ff. de iudic.

Mora nulla intelligitur ibi fieri, vbi nulla petitio est, regula, ff de verb. obli. l. si pupillus. Contra de

l. si

l.si pacto,quo.C.de pact. & l.nuda. C.de cōtrah. & commit. stip. In his enim in quibus dies, vel condō,vel iuramentum,non est appositum,nulla interuenit mora,vbi nulla fit petitio.

Morbo occurrere præstat, quam depellere, gloss. marg.ad l.sancimus,C.in quibus cau.in int.

Morbus sonticus,qui dicitur grauis, excusat a cōtum cia,l.quæsitum est ff.re iudic.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus; Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. Persius est, gloss.in l.barbarius, ff.de offi.præto. gloss.fin.

Mores boni potius & prius, attendi debent, quam diuitiæ, & dignitates, quæ non sunt ita sufficientes: vt in l.scire, §.cum reliquis, ff de tut. & cur. dat.ab his.

Mores posteriores derogant prioribus,Bal. in l. si filia,ff.de inof testa.

Mores vis carpere,debes labe carere,cap.cum Ecclesię,de except.l.in arenam,C.de inoff.testam.

Mortui vestem auferens poenam sacrilegij incurrit,l.pergit.C.de sepulc.viol.

Mortuo Clerico ab intestato sine consanguineis succedit Ecclesia,cui inseruiebat,cap.1.succes.ab intest.

Mortuo animali legato, non debetur nec caro eius, nec corium, l. mortuo boue, de lega. 2. secus autem est in contractibus,ibi notant DD.

Mortis alicuius conscius,et particeps plus aliquādo punitur,quam si ipse occideret, gl.in §. aliqui deinde Inst.de publ.iudicijs.

Mors omnia soluit, in auth. de nupt. §. deinceps, col.4.

Mors est casus fortuitus, l.licet, C.de pac. l.interdum,ff.de iudi.l.2.§,si eo tempore,ff.de admi.re. ad ciui.pert.

Morte nihil certius est,nihil vero incertius est eius hora,l.1 ff.de condi.& demon.

Morte extinguitur crimen,l. 1. C. si re. vel accu. mor.fut.

Mors ciui.est triplex,quando per exilium perditur Ciuitas. Secundo, quando quis efficitur seruus hominis,vel pœnę. Tertio,quando in Religione professio emittitur.

Mulieribus interdicuntur officia publica,inf.Officia publica.

Mulieres bone philosophis hodiernis possunt cōparari, qui rari sunt vt l.sed & reprobari, ff. de excus.tutor.

Mulieres omnes sunt malæ,Bart. in l.pater Seuerinam,§.socius,nu.1.de cond. & demonstr. Et faciunt dicta superius,verbo,Leges non debent.

Mulieres non debent conueniri ob culpam maritorum,l.2.C.ne vxor pro ma.

Mulier grauida excusatur, si non venit ad iudiciū, licet non sit valetudine impedita, l. 2. §. si non propter,ff.si quis caut.

Mulier transiēs ad secūda vota, tria optima negligit, Deum, defuncti memoriam, & filiorum caritatem,in auth. de nupt. §.nos autem iuramus, col.4.

Mulier non potest esse testis in testamento, ff. qui testa.fa.pos.l.qui testamentum, in alijs vero casibus

bus bene posset testificari, glo.in §.testes autem, verbo, Mulier, Inst.de testam.ordin.

Mulier, quæ mortem filij vult persequi, prius debet probare, se matrem, l non ignorat, C. qui accu. non pos.

In Muliere maior castitas requiritur, quam in viro, C.ad sen.orfi.l.si qua illustris, in authen.quomodo oportet Episcop.& Cle.&c. §.oportet, col.1.

Mulierum genus auarissimum est in donando, l.si à sponso, C.de dona.ante nupt.& ff. de dona. inter vi & vxo l.si stipulata, in fin.

Mulier incontinens est dedecus totius agnationis, tex.est in l.1.C.de Sena.consul. Clau.tol.

Mulier in quinquagesimo anno perdit fœcūditatē, l. si sterilis, §.1.ff.de ac.emp.Cōtra de. l.si maior.C. de.leg here. vide Soci.consi.126. in prin.

Mulier si principaliter mutuum recipit, non iuuatur Vellelano, licet postea illud in alios vsus conuertat, l.13.C.ad Velleianum.

Mulier fideiubens non gratis, sed aliquo recepto, non iuuatur Velleiano, sed efficaciter obligatur, quia non videtur intercessisse ex leuitate, l.23.C. ad Velleianum.

Mulierū proprietates 7. enumerantur per Neuiz. in Sylua Nupt. col.16. Sanctas enim eas dicit in Ecclesia. Angelos in accessu; Dæmones in domo; Bubones in fenestra. Picas in porta. Capras in horto; Fœtorem in lecto.

Mulier est sagacior, l.2.§.fœminas, C.de his, qui ve. ęta.impe.& ibi no.gl ꝙ mala herba cito crescit.

Mulieres sūt fallæ, fragiles & corruptibiles, ff.de tè sta.l.q. testamēto, §.mulier, Inst.de testa.§.testis.

Mulier minus audet, quam masculus, C.ad leg. Iul. maiesta.l.fi.§ ad filias.

Mulieres non possunt accusare, nisi res ad eas pertineat,l sequi.C.qui accu.pos.

Mulieres non possunt pro alio interuenire,l.1.ff.ad se.con.vel.nisi in sex casibus positis,in l.1. in gl. ff.eo.tit.

Mulieres sunt remotæ ab omnibus officiis publicis,vel ciuilibus ,ff.de re.iu.l.2.

Mulier non potest esse Iudex,l.cum prætor,§.non autem,ff.de iud.

Mulier debet præstare operas & ad illud officium deputatur,ff de oper.lib l.sicut.

Mulier in potestate sua liberos non habet: Instit. de adoptio.§.fœminæ.

Mulier nullam discretionem habet, ff.de iu. l.cum prætor,§.non autem.

Mulier plus participat de dolo,& malitia, quam masculus, gloss. in l.2.verbo, Morumq; C. de ijs, qui veniam.

Mutari quæ solo tractu temporis non possunt, semel in esse posita,semper permanere præsumuntur,vi.inf.verbo,Quæ solo.

Mutari dicitur testamentum , vbicumque aliquid additur,tex.in l.idem est,ff.de testa. milit.arg.cõtra de l.heredes,ff.de testamen.

Mutanda minime sunt . quæ interpretationem semper habuerunt certam , l. minime , ff. de legib.

Mutus, surdus , furiosus , impubes . non potest esse Iudex , ff. de iudic. l. cum prætor , §. non autem.

Mutus

Mutus, surdus, non possunt stipulari, l.1. ff. de verb. oblig.

Mutuans filio familias, quem iusta ratione existimauit esse sui iuris, non repellitur except. Senatusconf. Macedon. l.1. C. ad Sen. Maced.

Prædicta autem exceptio Senatus Conf. Maced. dicitur cessare in quinque casibus, vt in l. 2. C. eod. tit.

N

NAtura humana nouas deproperat edere formas; iste versus situatur in proprio textu tituli, quæ fuit prima causa beneficij amittendi, col. 10. in vsibus feud.

Natura, & ars nihil frustra operantur, l. qui bis idē, ff. de verb. oblig.

Natura comparatum est, vt homines sint faciles ad dissentiendum, l. item, §. principaliter, ff. de arbitris.

Natura principalis, & non secundaria, cuiusque rei est attendenda, inf. Vbicumque aliquid.

Necessitas non habet legem, l. vnica, ff. de offic. consu. & ff. de excu. tu... non solum, §. si. ff. de offi. proconf. l. aliquando, cum multis alijs, cap. sicut non alij, de conse. dist. 1.

Necessitas officij aliquid excusat, l. quartum, ff. de in ius voc. ff. de his, quib. vt indi. l. tutorem.

Necessaria ad acquirendum, vt animo, & corpore, sunt etiam necessara ad perdendum, l. quemadmodum, 8 ff. de acquir. & amitt possef.

Necessitas excusat a prælio, 23. q. 8. si nulla c. breui,

de iureiur.& 50. dist.præsbiteros. Intellige etiã in tempore vetito,vt in Quadragesima.

Necessitatis causa multa permittuntur, quæ alias non permitterentur, cap.si quis propter, de fur. cum multis simi. vt per Ias.in l.1.in 20.col. ff.de offi.eius,cui man. est iuris.

Necessitatem sibi imponēti succurri non debet,l.si fideiussor, §.pen.ff.qui satis.cog.& ff.si quis cau. l.2.§.si quis tamen,& ff.qui satis. cog. l.de die,§. fin.& C.de act.& ob.l sicut.

Ex necessitate aliquando concessa non debent In argumentum trahi.reg.in argumentum, de reg. iur.in 6.

Nefas videtur esse, nulla præfatione, iudici rem exponere,ff.de orig.iuris,l.1.

Negatiua magis negat,quam affirmatiua affirmet, l.si Rufinus, C.de test. mili. l.3. §. liber, de supe. tutor.

Negationes duæ æquiualēt vni affirmationi, l.duobus, ff.de verb.sign.& ff de iud.l.nunquam, Cōtra,ff. de l.3.l.fideicommissū & C.de ser.fug. l.1. & §.seruus,Inst.de inu.stip.& de c. & si Christus, de iureiur.

Negans non tenetur probare,l.2. ff.de probat.

Per negationem res efficitur dubia, C.qu.ad liber. procla non li.l.2.cum alleg.per glo.

Negatiua positio quomodo per Iudicem admittenda,inf.Positio.

Naturale vitium est,negligi quod cōmuniter possidetur,atque se habere nihil, qui non totum habeat,arbitretur; denique suam, quoq; partem

cor-

corrum pi patitur, dum inuidet alienæ, tex. in l 2. C. quando & qu. quarta pars debe. li. 10.

Negligentia vnius alteri non debet nocere, ff. de euic. l. rem hereditariam, in fi. ff. de transac. l. 3. ff. ad Sillei. l. fi.

Qui negligenti amico rem custodiendam tradit, suæ facilitati imputare debet: Inst. qui. mo. recõtrahi. ob. §. præterea, in fi.

Negligentia cum negligentia compensatur, ff. de compen. l. si ambo, in prin. & [illegible], ff. de reg. iur. l. [illegible]. §. fin.

Negligentia omnia lædit, in auth. de quæsto. §. sed & pigritiæ, col. 6. & C. de colla. l. pen.

Negotia segnius expediũt cõmissa negotia plures, gl. Inst. de satisd. tut. §. sed si ex testamento.

Negotia grauia debet quis per se tractare, non per procuratorem, C. de procu. l. vlt. arg. c. si pro debilitate, de offi. delegati.

Nemini facit iniuriam qui suo iure vtitur, ff. de reg. iur. l. nullus.

Nemini debet abstrahi ius suum, Inst. de his, qui sũt sui, &c. §. fi.

Nemo alieno nomine agere potest, l. nemo, ff. de reg iur.

Nemo alieno odio debet prægrauari, C. de inof. testa. l. si quis, §. 1. & C. de pœ. l. sancimus, & est regula iu. in 6. & de simo. c. nobis.

Nemo compellitur ire ad iudicium die feriato, ff. si quis in ius vo. non ierit, l. 2. in fi. & C. de ferijs, l. omnes.

Nemo debet interrogari de conscientia aliena, C. de

C. de accusat. l. fin.

Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non debet. ff de reg. iur. eadem regula.

Nemo debet se opponere illi, a quo recipit beneficium, 22. q 4. de forma, & extra, de postu. c. vlt. ff. de inoffic. test. l. si par, in fi. §. hoc autem 8. q. 2. illud.

Nemo debet mutare consilium in alterius iniuriã, ff de re. iu. l. nemo, C. de neg. l. fin.

Nemo debet esse nimis credulus l. fi. in prin. C. de accus. l. 1. §. 1. de eo, per quem factum fuit quo minus, l. 4. §. si accepi. ff. de in rem ver.

Nemo de domo sua inuitus extrahi debet, ff. de reg. iur. l nemo, concor. ff. de in ius vocan. l. plerique, intellige in ciuilibus, secus in criminalibus, & sic tenet glos. per tex in authen. vt nulli iud. §. quoniam. Nam domus tutissimum cuique refugium, atque tabernaculum est, et receptaculum, ff. de in ius voc. l plerique.

Nemo defensor in aliena re sine satisdatione, instituitur, Inst. de satisda. § si vero in personam.

Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo, l. in heredem, ff. de calum. in glo.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, ff. de eo. l. nemo.

Nemo ex suo dolo debet iuuari, l. non debet, in fin. ff. de dolo malo.

Nemo ex alterius contractu obligatur, l. pen. in fin. C. ne vxor pro ma. vel contra.

Nemo ex consilio obligatur, ff de pœ. l. 1. §. si vero suaseris, et ff. man. l. sed etenim in fi. et Inst. eo. §. tua gratia interuenit, intel. si nõ fuit fraudulentũ.

Nemo

Nemo iniuriam propriam vindicare debet auctoritate propria. 23. q. 4. inter querelas, & q. 5. de occidendis.

Nemo in necessitatibus liberalis existit, ff. de adi. leg. l. rem legatam, in fi.

Nemo inuitus cogitur suscipere procuratorium, l. inuitus, C. de procurat. Nec agere, vel accusare cogitur inuitus, C. vt nemo inuitus, in rubro, & in nigro.

Nemo euadit pœnam delicti, si mandato alterius fecerit, C. de accu. l. non ideo.

Nemo ius sibi dicere debet, neque esse Iudex in sua causa, C. ne quis in sua causa ius sibi di. in rubro, & nigro. ff. de iu. l. Iulianus, ff. de iurisd. om. iu. l. qui iuri, & l. si quis in tantam, C. vnde vi, Contra, ff. quod met. cau. in fi. & ff. de arb. l. pen.

Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam habet, ff. de reg. iur. l. nemo plus.

Nemo potest dolo carere, vbi Imperio magistratus non obtemperat, ff. de reg. iur. l. nemo potest.

Nemo potest sibi eam legem dicere, a qua sibi recedere non liceat, l. si quis, in princ. ff. de leg. 3.

Nemo potest esse testis in sua causa, l. nullus, ff. de testibus, & l. omnibus, C. eo.

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ, supra, Immemor.

Nemo potest duobus dominis seruire, vt in tit. de eo, qui arma belli deposuit cap. 1. & de feudo fœm. cap. 1. col. 10. vbi dicitur, qui factus est miles Dei, desinit esse miles sæculi. Item scriptum est, nemo Deo militans implicet se negotijs alienis, 21. q. 3. c. Apostolorum, &c. placuit, & C. de Episc.

Episc.& Cler l naturaliter, Contra hoc facit tex. in l.duorum,ff.de oper.lib.vbi,duobus eodem tempore potest quis seruire, Pro solu. vide do. Abb.in c.ex literis,in 6. col.de probat.Et sic hoc est verum, quando adest repugnantia, alias non.

Nemo præsumitur iactare suum ff.de proba. l. cum de indebito §.1.

Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest,regula.iu.nemo,ff.Contra de l.fi. ff.de iniust. ru.testa.

Nemo rem suam emere potest, siue sciat,esse suam, siue ignoret, l.suæ rei.ff.de contrahen.emp. sed si ignorans emit,poterit repetere quod soluit,quia nulla fuit obligatio.

Nemo sine actione experitur, l. quoties, §. item si temporali, ff.de admin.tut.vide Ias.Inst. de actio. in prin.col.16.

Nemo videtur consentire,qui errat, l.non potest,ff. de reg.iur.

Nemo videtur dominus membrorum suorum, l.liber homo,ff,ad leg. Aquil.

Nemo viuit vt lupus vento,l.fi.de ali.pu.l.præses,& l.fin.in fi.pro hoc gl.l.sed si lege, §. quod autem, ff,de pet here.super verbo, Erogasset.

Nihil actum credimus, dum aliquid est superagendum,l cum Syllanianum,in fi.C.de his,qui.vt indi.vide Io.de Pla.per illum tex. in l.cum procurator,C.de metal. & metal. lib.11. & declaratur supra verbo, Actum nihil.

Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet,quam vis,atque metus,quem comprobare contra bonos mores est, regula iur.

iur.nihil,ff.eod.

Nihil debet esse superfluum in legibus: ar. in l. si quando, ff.de le.2.adde tu tex singularem in l.1. ff.quod me.cau.

Nihil dolo facit qui suũ recipit ff.de re. iur. l.nihil.

Nihil est,quid lumine clarius refulgat, quàm recta fides in Principe,C.de sum.Tri.& fi.ca Epis.inter claras,in prin.

Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, regula iur.ff.de dol.l.eleganter, §.seruus pas.

Nihil tam naturale, quam vnumquodque dissolui eo genere,quo ligatum est.ff.de reg.iur.l.nihil & ff.qnando lib.ab emptio.disce.l.1.

Nihil interest,quod verbis dicatur, vel signo indubitabili demonstretur, l.quoties,§.si quis nomé, ff.de hered.inst.hoc limita, nisi sit data forma, Corse.repert.in ver.forma ad vnguem. Et late Euerar. in loco,ab Æ quipolle.

Nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præstari,quod inter contrahentes actum est ff. de ac. emp.l.emptio.

Nihil refert quid ex æquipollentibus fiat C.de insti. & substi.l.si modo & C.de dona quæ sub modo l. fin.Contra de.l.cum pater § hereditatem, ff.de lega 2. vide limitationem per Corse. in reperto. in ve si Formæ ad vnguem.

Nihil vile, ac sordidũ in Sacerdotis ore, vel opere, debet apparere, sed cuncta, quæ agit, loquitur, & cogitat, coram hominibus & interni arbitri conspectu, oportet esse gloriosa, cap. oportet, versic. cauere enim. 83. distin.

Valen-

Valentinianus, paulo post prin 63. & cap.his igitur 23.dist.Vnde ex D. Bern refert Abbas,quod verbum Sacerdotis,aut Sacrum,aut sacrilegium est.

Nimia sæuitia culpe assignatur,l.præceptorum,ff.ad l.Aquil.

Nobiles pro maiori parte hodie sũt superbi, & inimici populariũ,gulosi,& luxuriosi,plusquã populares,& nihil aliud sciunt,nisi comedere, bibere, & superbire,ita dicit Bald.in l.per adoptionem, ff.de adopt.in prima lectura.

Nobilitas stercus est,nisi habeat virtutis concomitantiam,Hostien.in cap.venerabilis, de præben. & dicit idem Hostien. in cap. tua, de consan. & aff. col. 2. quod qui superbit de nobilitate, aut nobiliori sanguine, de nobiliori stercore intumescit.

Nobilitas, & scientia æquiparantur, quoad promouendos, Barb,in cap. postulasti, de rescript. col.2.& idem Barb.in cap.accedens,2.vt lite nõ contest.

Nobilitas hanc sibi quodammodo legem imponit, vt debere se,quod sponte tribuit, existimet,cap. 1.de donat.

Nolle eius est,qui potest & velle,ff.de reg.iur.l.3.

Nolite indicare & non iudicabimini: & illud,qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis ,no.gl. l.rem non nouam, §.eod.C.de iudi.super verbo, iudicabuntur.

Si nomen non habent, qualiter officium habebũt? cap.chori Episcopi.68.dist.

Nominatio prior denotat dignitatem maiorem, glo.

gl.in cap bene,verbo,Mediolan 96. dist. Denotat etiam dilectionem,vt inf. verbo, Prius.

Nomina verbalia important factum,l.consilio,in fi.ff.de curat.fur.ex quo dicebat Iason in l. stipulationum aliæ,§.stipulatio,quod stipulatio est facti,vide ibi.

Nomina diuersa diuersas res significare debent, l.si idem,C.de condit. insertis.

Nomina debent esse consonantia rebus, Insti. de dona.§. est & aliud.

Nomine meo quod nõ licet,nec alieno licebit,cap. quod alicui,de reg.iu.in 6.cap.sicut 46 dist.Procedit in maleficijs,in alijs secus,gl.in d.cap.quod alicui, & patet in cap. 1. de procur.in 6.

Nomina & verba præpostera,seu transposita,idẽ significant,l.præposteri,C.de testa.& l cũ potest, §.fidei tuę committo,ff.de lega.2.

Non alienat qui dumtaxat omittit possessionem, ff de re.iuris.regula eadem 62.

Non debemus recedere a regula iuris, nisi quatenus reperitur exceptum l. omnis definitio, de reg.iur.

Non debent melioris conditionis esse male agentes,quam bene, ff. de noxa.ac l. non solum, pro hoc gloss.circa princ.gloss.l.1.C.credi.euict. non debere.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri,ff.eod.l.non debet, C.de transactio. l.transactio.

Non debet actori licere quod reo non permittitur ff de reg.iur.l.non debet.

Non debet nocere alij quod inter alios actum est,

l.nam

l.nam & postea in fi.ff.de iure iur.

Non debet via aperiri maleficiis,ff.de Carb.edi §. l.sed & si quis,ff.de li.cau.l.ordinata, ff.de litig.l. 1.§.si in er.

Non debet discooperiri vnum altare, vt alterum cooperiatur,cap.cum causam,de præbe.in antiquis,l.assiduis, C,qui pot.in pig.hab.

Non deductum per malitiam in causa principali, non potest deduci in causa appellationis, gloss.in c.inter monasterium, de re iudic.

Non entis nullæ sunt partes, l.eius,qui insulam, in fi ff.si cer.pet.

Non esse & non apparere,paria sunt,l.in lege, ff.de contrah emp.l.cum res,in princ.ff.de l.1.regula vera est, si non apparere sumitur, tam implicite, quam explicite.

Non esse & non posse fieri, paria sunt, l. multa, in princ.ff de cond.& dem.l.naturalem, in princ.ff. de acq.rer.dom.

Non est indulgendum malitijs hominum, ff. de rei vend.l in fundo alieno §.penul.

Non est nouum, vt lex quibusdam specialiter numeratis,generale verbum subiiciat, l.si seruus seruum,ff.ad le.Aquil.§.inquit.in fi.& C.de Sacrosa. Eccl l.generaliter.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri, regul. iur.non est,in 6.& cap. de quarta, de præscript.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad se non pertinet, se immiscet,c non est,de re. iur.l.6.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice posset fieri, ne occasio sit maioris

ioris tumultus faciendi, regula iur.ff.eod.

Non est inspiciendum quod fit, sed quod fieri debet, ita elegantissime dicebat Proculus Iureconsultus in l.sed licet.ff.de offic.præsi.Non tam spectandum est,quod Romæ factum est, quam quod fieri debeat.

Non est idem iuris semper de parte quo ad partẽ: & de toto quo ad totum,ff.de seruit. vrb.prædi. l.per fundum, & l. cum de indebito, de proba. Contra,de admini. tuto. l. si duo; & ff.de vsur.l. qui scit,in princ.

Non est licitum fideiussori emere rem debitoris, pro quo fideiussit,l.fideiussor,C.de distract.pign.

Non faciunt molles ad fera bella manus.Not.glo. de exce. l.3.in fin.glos.& in ver. posita C. de no. co.confir.l.1.

Non improbans approbare dicitur,l.vnica,in fi.ff. furti adu.naut.

Non imputatur ei aliquid,si non facit,quod si facere vellet,non posset:no.glos.in l.cum quidam §. si pupillo ff de vsur.& l.pecuniæ,in fi.eo. tit.& ff. de arbi.in fi.C.de anna.exce.l.1.in fi.ad l.Iul.de adul.l.fi.maritus,in princ.

Non licet accusato,de pari,vel minori crimine re. accusare, C.qui acc.non pos. l. neganda,nisi suã, vel suorum iniuriam prosequatur.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri, not. glos. C.de no.co.confir.super verbo, positã, l.1.

Non nocet cogitatio,nisi sequatur effectus,l.1.in fi. ff.quod quisq; iur.& ff.de pœ.l.cogitationis pœnam. Contra C. de fur. l.si quis & C. de Epis.&

Cle, l. si quis non dicam.

Non omne,quod licet,honestum est ff de re.iu.l.nō omne.

Non potest videri improbus,qui ignorat,quantum soluere debeat ff.de reg.iur l. non potest videri, Concor.l.si residuum,C.distract.pigno. & l. si testamentum,ff.de condi.& demon.

Non potest dirui domus ad hoc,vt fiat viridarium, Barthol.Cæpolla in tractatu de seruit.tit.de horto,per l.an in totum, C.de ædi.priua. & l. Senatus,ff.de contrah.emp.& l.cætera,de leg. 1.

Non posse quis dicitur, quod non potest fieri absq; dispēsatione,no.Domini.per gl.pen.ibi in v.gratia,de rescrip.in 6.& dicitur non posse fieri illud, quod debet fieri per remedium extraordinariū, ita Inn.& Abb.in cap.pastoralis,in fi.de ca pos. & proprie.de quo per Decium,in cap. at si Clerici,§.de adul.in 5.col.de iudic.Vide etiam quæ dicit dom. meus Ludouicus Gomesius in singular.suis lib.4.de fideicom.lib 6.

Non potest quis ex vnico actu iudicari bonus, vel malus,vel industriosus: in prohe. Institu. §.cumque,ibi,solertia,& l. 1.C.quib.& aduer.quos.Falleret autem hoc, si actus vnicus esset intensissimæ bonitatis, & caritatis, aut perfectionis: seu malitiæ: quod soli Deo patere potest.

Non potest videri desijsse habere, qui numquam habuit,l.non potest,ff de reg.iur.

Non præstat impedimentū,quod de iure non sortitur effectū,l.quod pupillæ,cū no.ff.quando di.lece.& l.2.3 & 4. ff.de op le. cap illud, cap.quod autem.de iu patro.& cap.bonę de elec.

Non

Non quod est, sed quod esse creditur, attenditur, l. diuus, ff. de offic. præsid. & ff. de pet. here. si putas, alias, si possessor.

Non quod fit, sed quod fieri debet, inspiciendum est, supra, Non est inspiciendum.

Non refert, an aliquid, an prope illud fiat. ff de dolo l. lex, §. si quis, ad velle. l. tutor, §. cum quidam, in fi. ad turp. l. 1. §. fi. Contra. ff. de tutel. si filius, de fur. inficiendo, de solut. si homo, §. si genere, limita, vt per Corse. in reperto. in verbo, Forma ad vnguem.

Non solent quæ superabundant, vitiare scripturas, ff. de reg. iur. l. non solent, & l. vsuras, ff. de vsur. Contra ff. de reg. iur. l. actus & Instit. qui da. tut. pos.

Non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est, in auth. de no. for. fide circa medium, col. 1. & idem no. glo. ff. de iust. & iur. l. iustitia, §. iuris præcepta, super ver. tribuere, & Instit. eo. §. super verbo, suum, & in cle. cupientes, §. 1. de pœn. & 32. q. 5. cap. de forma.

Non sunt facienda mala, vt inde veniant bona, no. glo. in l. qui sub prætextu, C. de Sac. San. Eccle. & in cap. magna, ne cle. vel mo. Contra de c. dixit Sarra. 32. q. 4.

Non valet responsio, quæ lege non probatur, not. glo. in authen. de trien. & semis. §. cōsideremus, colla. 9. super verbo, Erubescimus.

Non videtur vim facere, qui suo iure vtitur, l. non videtur, ff. de reg. iur.

Nō videtur perfecte cuiusque id esse, quod ex causa

auferri poteſt, l. omnes, §. non videtur, ff. de reg.iur.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit, ff. de re.iu.l.non videtur, ff. ſi qui mo.vſu.amit.l. 1. §. ſed ſi ita demum.

Non videtur poſſe fieri, quod non poteſt fieri honeſte, l. nepos Proculo, ff. de verb.ſignifi.

Non videtur Princeps defuncto priuilegium conceſſiſſe, quod ei, quem viuere æſtimabat, conceſſit, ff. de reg.iur.l. Neratius.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere, eadem iur.regula, ff.l.ſi pars, §. fina.ff.de inoffic.teſtam.l.tam ei.ff.de leg. 2.

Non videtur res reddita, quæ deterior facta redditur, l. 3. §. 1. ff. commod.

Non videtur conſentire qui errat, regula eſt iu. ff. concor.tex.in l.ſi per errorem, ff. de iu.om.iud. & l. 2. ff. de iu.in princ.ar. Contra, ff. ad leg. Falc.l. 1. §. ſi legatarius.

Non videtur petiſſe, qui per exceptionem remouetur a petitione, ff. de reg.iur.l. uon videtur.

Non vult heres eſſe, qui hereditatem ad alium transferre voluit, ff. de reg.inr.l. non vult.

Notoria multa dicuntur, quæ tamen talia non sũt, c.conſuluit, il primo, de appel.

Notitiam omnium habere Diuinitatis potius eſt, quam humanitatis.

Notoria iniuſtitia ſententiæ, etiam in ea non expreſſa, reddit eam inualidam, Abb. in ca. intercęteras, de ſent. & re.iud. & Ludou.in l.admonendi, 10.col.ff.de iureiur.

Notorium æquipollet expreſſo, in tenore libelli.

But.

But.in c per tuas, de sent.excommun.

Noua placent,no.in prohemio, ff §. in secundo autem anno,super verbo,quia noua.

Nouis in rebus constituendis euidens esse debet vtilitas,vt recedatur ab eo iure, quod diu æquũ visum est,ff.de constit.Prin.l.in rebus.

Noua opera non debet iudex inchoare,quin prius absoluta sint inchoata, l. fin. C. de operi pnblicis.

Noxa caput sequitur, Inst. de noxal. §. omnes autem.

Nulli credi debet, se habere mandatum Principis, nisi ostenderit literas Principis, l. vnica, C. de manda. Princ.

Nullus pluribus defensionibus vti prohibetur, regu. inr. nullus, in 6. & C. de transact. l. interpositus.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur, l. quod & lex. §. 1. ff.de lib.ho.exh. l.fluminum, §. 1. ff.de dam.infec.

Nuptiæ secundæ sunt odiosæ, in auth. de nupt. §. dissolutum,col.4.

Nutrix, mater, & auia, æquiparantur, l. 1. §. consequens, ff.de suspect,tutor.

O

OBlatio debiti, ac consignatio, & depositio tempore congruo, liberat debitorem a periculo casus fortuiti, l. 19. C.de vsuris.

In omnibus obligationibus, in quibus dies nõ ponitur, pręs ẽti die debetur, l. in omnibus, ff.de re.iu.

Obligatio adhæret ossibus nostris, sicut anima adhæret corpori, ff. de pec. l quis ergo, casus, in glo. quæ alleg. concor. & imprimitur in nobis sicut character in anima, l. 3. ff. pro soc.

Obligatio non tollitur per sententiam, Inst. de except. §. item si in iudicio.

Inter dominum & eum, qui est in eius potestate, non nascitur aliqua obligatio, Insti. de noxa. §. si seruus.

Obligatio est mater actionis: Insti. de ac. in prin. & ff. de procur. l. licet, §. ea obligatio.

Obligatione principali cassata, de rigore remanet accessoria, l. 2. C. de luit. pig.

Obligati si fuerint plures, censentur viriliter obligati, l. xj. §. 1. ff. de duobus reis stipul.

Consentaneum est, verbis factam obligationem posse alijs verbis dissolui, Insti. qui mo. tol. obli. §. quo genere, ff. de reg. iur. l. nihil tam natur.

Obligari potest, quod non est, sed esse speratur, l. & quæ, ff. de pignor.

Obsides sunt qui dati sunt à Roma. hostibus pro captiuis redimendis, vel pro pace componenda. no. glo. l. obsides, ff. de testam.

Obsides testari non possunt, dicta l. obsides, nisi eis permittatur.

Occasionem damni dans damnum dedisse videtur, ff. ad le. Aquil. l. qui occidit §. penul.

Occasio malignandi est auferenda l. 2. in fi. C. de indic. vid. tol. & Insti. vi. bo rap. §. sed nedum.

Occasio consistit in facto, & est irrationabilis: causa verbo, In iure, Fel. c. solitæ, maior. & obed.

Otium & voluptas, arma sunt hostis antiqui, cap.

nisi

nisi cum pridem, §.verum, de renunti.

Oculorum amissionis casus quæsitum tibi non adimit honorem, l.infamia; C.de decur.lib x.

Oculorum inspectio multum facit, l. satisq; in fin. ff. de in ius voc. & ff.de acq. poss.l. quod, §.si venditorem.

Oculorum inspectio est reprobata, l.in deorum, C. quando tut. vel cura. esse desi. & Insti. qui. mo. tut.fi.in principio.

Odia sunt restringenda: fauorabilia amplianda sunt, l.cum quidam, ff.de libe. & posthu.

Offerri dicitur non petenti, l.fideicommissa, §.si rẽ suam, ff.de leg. 3. c.litera, in fi.extra, de restit.spol. in c.interposita, in prin. de appel. adde tex. in §. igitur, in verbo, obtulerit, Insti. de obli. quæ ex quasi contractu.

Officialis recipiens, quãuis adijciat titulum mutui, adhuc baratariam facere dicitur, l.16.C. si cert. petatur.

Officia debent inuitis conferri. Et e domo propria debent extrahi, vt officiales efficiantur, l.ex omnibus, de decur.lib x.

Et Monachi ad monitionẽ Abbatis faciant se promoueri ad Sac. Ordines, Clem. 1. §. ad ampliationem, de sta.Monach.sed o dies, o tempora.

Officia publica sunt interdicta fœminis, propter honestatem, l.fœminæ, ff de reg.iur.

Officia duo nemo habere debet, l. hac parte, C.de proxi.sacr scri. lib. 12.

Officium aliquod, cui vnus solus præesse consueuit, si pluribus simul conferatur, tunc quilibet illorũ vtitur illis priuilegijs, quibus ille solus potiebatur

tur, l. binos, C. de aduoc. diu. iud.

Officium non dicitur finitum, donec successor adueniat, l. vnica, ff. de offic. praef. August.

Omne agens agit propter finẽ, & finis est, qui mouet agentem, l. si pater, & l. cum apud, C. de here. Instit. l. eam, quam, vbi Bal. C. de fideicommiss.

Omne artificium per exercitium recipit incrementum, l. legatis seruis, §. ornatricibus, ff. de leg. 3. C. de re. milit. l. milites, lib. 12.

Omne, quod est nimium, vertitur in vitium, not. gloss. in auth. vt deter. sit nu. circa princ. col. 1. cum suis alleg.

Omne promissum de iure debitum est, C. de suffra. l. vnica, in rub. & Insti. de verb. obl. in princ. iuncta, l. 1. ff. de pact. iuxta l. non minorum, C. de transact. in cap. 1. de dona. & l. nemo, ff. de in integ. rest. Quid enim magis fidei humanę congruit, quam seruare ea, quæ placuit inter eos, q. d. nihil.

Omnia morte soluuntur, C. si reus, vel accus. mor. fu. l. 1. 2. & 4. nisi in 6. casibus exceptis, vt læsæ maiestatis, &c.

Omne rarum carum, in auth. de consuli. §. 1. col. 3. ff. de legib. l. nam ad ea. melior tex. in c. legimus. post medium, dist. 93.

Omnes videntur facere quod facit maior pars, ff. ad municip. l. quod maior, ff. de reg. iur. l. aliud, §. 1. ff. de pa. l. maiorem, C. de decurionibus, l. nominationum, lib. 10.

Omnes si aliquid faciunt, non potest illud dici vitiosum. Ias. in l. certi condictio, §. nummos, ff. de rebus cred.

Omnes

Omnes ſcire debent, quod nō eſt ſuum hoc ad alios pertinere, l. fin. C. vnde vi.

Omnia non poſſunt ſimul memoria retineri, l. 2. ff. ſi quis autem, C. de vete. iure enucle.

Omnia noua pulchritudine ſunt decorata, in prohemio, ff. §. in ſecundo autem anno.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito caſu quæ valuere, ruunt. No. glo. l. ſi debitor, ſuper verbo, damnum eſt, ff. de iudic.

Omnia Principis eſſe intelliguntur, C. de quadri. præſcri. l. fin. in princ. Pro hoc facit l. 1. ſuper verbo, procurator meus, C. credi. euic. non debere,

Omnia ſunt permiſſa, quæ per legem prohibita explicite, vel implicite non inueniūtur, l. nec non, §. ſed quod egit, ff. ex qui. cau. ma. ff. de proba. l. ab ea. & ff. de teſti. l. 1. §. 1. & ff de procu. l. mutus, §. conqueritur, C. de relig. & ſumpt. l. ſtatuas.

Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum enim eſt quod ſubuerti non poſſit, l. omnis definitio, ff. de reg. iur.

Omnis ſapientia a domino Deo eſt, & omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens a parte luminum, not. glo. l. 2. ff. de legib.

Omnis definitio eſt oratio ſubſtantiam cuiuſcumq; ſignificans, ſecundum Boetium, no. glo. l. omnis definitio, ff. de reg. iur.

Omnium habere notitiam Diuinitatis potius eſt, quam humanitatis.

Omnis res a cauſa proxima denominari debet, l. quiſquis, §. hæc verba, ff. de vul. & pupil.

Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ci,

ei,qui sibi benefacit,no.glo.l. & si lege,§.consuluit,ff.de pe. hered.

Omnis bona definitio debet conuerti cum definito, est bonus tex. vltra illos, qui vulgariter allegantur, in l.Quintus Mutius, ff.de au.& ar. le. & omnes partes definitionis debent prædicari de suo definito,l.quæsitum,in prin.ff.de fid.instrum.

Onus decrescit, vbi & decrescit emolumentum, supra,Commodum.

Onus secundum emolumentum regulatur, C. de fur.in fi §.cum in secũda,& fl. ad Sen.consf treb. l.1.Contra Inst.de pa.tu.in fi.ff.de procura. l. qui proprio.

Onus ad quem spectat, & emolumentum, 12. q.2. caritate & c. quicumque, & c Ecclesiasticos. & l.secundum naturam, ff.de re iur.& l fi. §. sed cũ, ff,de fur.& non est ferendus is , qui fructum amplectitur,onus autem subire recusat, C.de cadu. tol.l.vna,§.pro secundo.

Secus tamen ex causa aliquando in iure disponitur, vt in §.1.Inst.de leg.patr.tut. Vbi,apud vnum est hereditas, & apud alium tutela.

Operas futuras estimare valde difficile est.

Operis noui nuntiatio fit & vicino primo, & vlteriori etiamsi,intersit, lege 8.de ope.no.nunt.finitur morte nũtiantis, sicut & alienatione l.ead.§. morte eius.

Opera noua, vide supra, Noua.

Opinio glossæ præualet communi opinioni Doctorum.Dec.in c.1.de consti in fi.

Opinio noua ex nouo motiuo sustineri potest,Bal.in l.1.col.8.C.de his,qui an.ap.tab.

Opi-

Opinio vnius cum æquitate, plus valet, quam multorum sine æquitate, tex. est in l. quod dicitur, §. si dos, ff. de impen. in re. do. fac. concor. text. in c. capellanus, extra, de ferijs, & est tex. no. in l. 1. §. sed neque, C. de vete. iu. enu. de quo vide text. in l. si seruus, §. sequitur, vbi Ias. multa, no. ff. de verb. oblig.

Opponere se illi nemo debet, a quo beneficium accepit, supra, Nemo debet se.

Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito, l. fin. in princ. de legatis 3. & l. is, qui contra, de vulg. & pupill. subst.

Opus nullum humanum semper durat, & mortalis labor nihil efficit immortale, reg. iur. nullum, ff.

In oratoriis priuatis non est licitum habere publice campanas, neque religiosis, cap. 10. de priuileg.

Ordinarium auxilium vbi habetur, non est recurrendum ad extraordinarium, inf. verbo, Vbi habet locum.

Ordo scripturę attenditur. Euer. loco. Ab ordine, & e contra.

Ordo scripturæ non attenditur l. eo quod a multis, C. si cer. pet.

Originalis causa attenditur, non illa, quæ venit per accidens, l. si quis ne caulam, ff si cer. peta. facit, l. 2. ff. de origi. iur. bo. text. in l. qui id, quod ff. de dona. Pe. de Anch. consi. 33. in 1. col.

Pactum,

P

PActum facit quod consuetudo facere potest, C. de Agric. & Censit. lib x. lege, Domini.

Pactum simile pacto legis commissoriæ non operatur in pignoribus, sed iure communi deueniẽdum est ad venditionem pignorũ, l. 1. C. de pac. pignorum, l. commissoriæ.

Pactum, siue pactio, est duorum, plurium ve in idem consensus, & placitum, ff. de pact. l. 1 §. & est pactio.

Pacta sunt seruanda, ff. de act. empt. l. ex empto.

Pacta, quæ turpem causam continent, non sunt seruanda, l. si vnus, §. pacta, ff. de pact.

Pacta, quæ dolo malo facta sunt, non sunt seruanda, ff. de pact. l. iurisgentium, §. dolo malo.

Pacta illa videntur inesse in contractibus bo. fi. quæ dant legẽ contractui, vel quæ in ingressu contractus facta sunt, ff. de pac. l. iurisgentium, §. idem Marcellus.

Pacta, quæ contra leges fiunt, nullam vim habere possunt, l. pacta, C. de pact. & l. non dubium, C. de legibus.

Priuatorum conuentio iuri publico non derogat, ff. de reg. iur. l. neque pignus, in fi.

Pacta inita in aliquo subiecto censentur repetita in eius augmento, l. 8. ff. de iu. dot.

Pacta, quæ ex interuallo sunt apposita in aliquo contractu, non inesse videntur ipsi contractui, ff. de pac. l. iurisgen. §. si ex interuallo, immo antequam videantur inesse contractui, oportet, quod

sint

ſint in ingreſſu facta, vt in ea, l. §. item Marcellus, in fi. §. aliquid eſt, & §. ea enim pacta.

Pacta ex bona fide facta, & a iure approbata, debent ſeruari, l. 1. quæ depoſitis, in fi. ff. depoſ.

Pactum adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ, ſupra, In diem.

Pactum perſonale non tranſit ad heredem, l. ſi tibi decem, §. ſi quis proficiſcatur, ff. de pact. Et ideo ſi fecerim pactum creditori meo, ne a me petat, ſed ab herede, heredi procedit exceptio, quia eſt pactum perſonale, vt ff. de pact. l. iuriſgen. §. pactorum.

Pactum a iure communi remotum non eſt ſeruandum, l. iuriſgentium, §. fin. in fine, ff. de pac. & iuramentum factum in pacto a iure communi remoto, non eſt, ſeruandum, vt in ead. l.

Pactum factum ſuper futura hereditate non valet, niſi conſenſerit teſtator, l. fi. C. de pact.

Pactum contra naturam contractus veſtitur, l. ſi conuenerit, ff. de reſcin. ven. quam dicit mirabilem gloſſ. in l. quoties, §. ſi colonus, ff. de vſufr. facit l. 2. ff. de hered. & ac. ven. immo etiam veſtitur contra bonam fidem, tex. eſt notabilis, in l. Lucius, ff. depoſi. & hoc eſt contra communem, ita Hier. Butr. in l. in bonafide, C. de pactis.

Pactum cõtra bonos mores non eſt ſeruandũ, C. de pact. l. fin. §. ſecundum & l. 1. §. illud non probandum, ff. de po. Contra, ff. de pact. l. ſi vnus.

Pactum expreſſum tollit pignus, non tacitum, gloſ. in l. ſi tibi, ff. de pignor.

Palium

Palium Arcuiepiscopi non potast alteri Archiepiscopo commodari, c.2.de vsu & auct. palij.

Palam factum dicitur, quod fit etiam ab vno corã aliquibus, gl.in l.1.C.de integ. rest.mi. & in cap. biduum §.palam, 2, q.6.

Papa scienter communicans excommunicato non censetur per hoc illum absolnere, nisi hoc exprimat, Clem.4.de sent.excom.

Papæ manus appositio habet vim decreti annullantis, Famin. Paris.de resign.fo. 372.

Papa mortuo Ecclesia non dicitur esse sine capite, quod est Christus, Ad Coloss.cap. 1.

Papa ... ē a Moysi, gl.in cap.causam, quę l.2. qui filij sint legi.in ver. ad regem.

Papa si coufirma ea, quæ sunt infirma, & minus valida, per confirmationem ipsius recipiunt firmationem, c. 1. de transact.

Papa si dicat, agatis gratias nomine nostro talibus hominibus pro bene meritis erga nos, illi possunt effici exempti ab ordinario. Ange.in l.Paulus §.Paulus, ff de fidei, lib.per illum tex.aureũ, vbi si testator mandat, agi gratias seruo suo benemerito, debet effici liber.

Papa recusari non potest, vt suspectus, Abb. post Hosti.in c.quęrelam, de elect.

Papa non potest dispensare contra votum castitatis: quia nullum inuenitur æque bonum, cum quo posset fieri commutatio: quia nihil est melius continentia; quia virginitas replet Paradisum, vt 32.q.1.c.nuptiæ, & 1.q.3.cap integritas, & castitas sola est, quæ cũ fiducia potest Deo animas pręsentare, vt in authen.de leno.§.sancim col.3.

Papa

Papa potest supplere in facto, quamuis non petitus a parte, Bur. in cap. vestra, 36. col. de coha. cle. & mulie.

Papæ nonnulli dicuntur renuntiasse Papatui, apud Gonzal. §. 5. proœm.

Parcitur vitio naturali, ff. de dam. inf. l. fluminum, §. vitium.

Parcitur sponte confitenti, l. 3. in fi. ff de ali. iud. mu. causa fac. C de his, qui le. di. l. 1. lib. 10. & in auth. vt liti. iurant. §. si quos, auth. col. 9. & ff. de mi. l. licet ex causa, §. 2. & C. de plus peti. l. 1. ff. de iureiur. l. eum qui. & C. de non nu. pe. auth. contra impropriam, C ad l. Iul. maie. §. fi. l. pen. & ff. de pe. hæ. l. sed & si lege §. pen.

Parcitur verecundiæ alicuius, ff. de dona. l. si patronus in princ & 1. respon ff. de fur. l. penul.

Parcitur ignoranti & non scienti, ff. mandati, l fideiussor, & C. de eu. c. l. si fundum.

Parcitur alicui errorem suum corrigere: Insti. de actio. §. si quis aliud.

Parentum affectioni parcitur, l. 4. in fi. ff. de re milit.

Parentes, & liberos in infinitum dicimus, ff. de in ius vo. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id, §. in seruos, ff. de pœn. l. fi. §. generaliter.

Par in parem non habet imperium, nec minor in maiorem, ff ad Trebel ille, a quo §. tempestiuū, & l. nam magistratus, ff. de recep. arbitris.

Par parem cogere non potest, l. 3. ff de arb. C. de appell l. præcipimus, §. pen. C. de legi. l. digna vox.

Par affectionis causa suspitionem remouet, l. non

solum,

ſolum §. de vno, ff de ritu nupt.

Paria ſunt, legem non eſſe & eſſe, ſed obſcuram, l. de ætate, §. nihil, de interro. actio.

Paria ſunt, aliquid eſse expreſſum & haberi pro expreſſo, l. licet, ff. in qui. cau. pig. ta. contrahatur.

Paria ſunt, aliquid de nouo ſuperuenire, vel antiquum occultum innoteſcere: nam non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, idem ſunt, l. Rutilia Pola, ff. de contra. hempt. & vend.

Paria ſunt promittere & ſoluere, l. fin. C. ad l. Falcidiam, vbi ita quis agnoſcit legatum, promittens ſolidum ſoluere, ſicut qui illud integraliter ſoluit.

Paria ſunt, quod quid oblique fiat, vel directe, l. 3. §. in rem, ff. de in rem ver. Contra de l. quædam, ff. de ac. re. do. l. tutor rerum, ff. de admin. tut.

Paria ſunt aliquid non dici, vel obſcure dici. Fran. Aret. in l. qui ex pluribus, ff. de verb. obl.

Paria ſunt non habere maritum, vel habere inutilem, c. 2. de transla. præla. vide Abb. in cap. bonæ, de elect. in 3. no. & eſt tex. ſin. in l. fi. C. de plag. Alex. conſ. 104. in 1. vol.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, ff. ne quis eum, qui voc. eſt in ius, ex l. 2. & ff. ſolu. ma. l. viro.

Intellige in paritate terminorum, alias enim ſecus, quia varietas perſonarum varium quoque ius facit, l. pen. C. de tempo. in interum reſt. Sotus iuſt. l. 4. q. 6. art. 3.

Paria ſunt facere aliquid tempore congruo, vel in illud

illud conferre, l. & heredi §. penult. ff. de pactis, cum ibi not. in apost.

Paria sunt, non improbare, & approbare. Et non improbare ratihabitioni par est, l. Celsus, & ibi gloss. de vsucap. & l. quo enim, in princ. ff. rem ratahab. & ideo Doctor referens opinionem alterius Doctoris minus bonā, seu non tutam, debet eam confutare, nc censeatur approbare illam.

In eo, quod plus est, semper inest minus, ff. de reg. iur. l. in eo.

In toto etiam pars continetur, ff. de reg. iur. l. in toto, & in l. si quis cum totum, ff. de except. rei iudi.

Parti maiori in debito standum est, l. maiorem, ff. de pactis, & vi. gloss. Instit. §. 1. de satisd. tut.

Idem est iuris de toto quo ad totum, sicut de parte quo ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei ven. cum simil.

Pars vna legis declarat aliam, l. qui filiabus, in prin. ff. de legatis 1. l. verum, de peti. hæ. l. 1. ff. de rebus du. Decius in cap. 1. colum. 8. de probat.

Post partum mulier aliquandiu volens, potest ob venerationem abstinere ab ingressu Ecclesiæ c. vnico, de purifi. post partum.

Partus quinquagenariæ est legitimus, licet mirabilis, & raro contingens, l. 12. C. de legit. hered.

Parum est, ius in ciuitate esse, nisi essent qui iura tuerētur, l. 2. §. post originem, ff. de ori. iur. c. cōmissam, & c. vbi periculum, de elect. lib. 6.

Paruulus est puer minor 14. annis masculus, vel 12. fœmina, ita exponit glo.l.fi.a.in princ. C.de infan.expos.

Paruis reuelat Deus aliquando quod non magnis. iuf.verbo, Reuelat.

Pastor nullus placere potest Lupis, & gregibus ouium,c.6.dist.83.

Parum, vel multum quod nam dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis,gl.Instit.de leg.agnat. §. item vetustas,verbo, Paulo, vel etiam secundum subiectam materiam.

Pater transiens ad secunda vota, ostendit filios primi matrimonij: in auth. de nup. §. veniunt autem col.4.

Pater non potest minuere dotem filiæ ad se reuersam,si denuo nubat, nisi eius patrimonium fortuito diminutum fuisset,l.2.C.de rei vxor.act.

Pater cogitur officio Iudicis alere filios pro modo facultatum,non valentes se ex sua arte alere, l.si quis a liberis,§.si filius, ff.de lib.agno. etiam si sint naturales tantum.

Pater non tenetur alere filium, quando est opifex, & ex eius officio potest se alere, vt no. in d. §. si filius,in l.si quis a liberis,de lib.agnos.quia tunc potest ei dici a patre,qui non laborat non manducet: vt dicit gloss.in l. quamuis,ff.de dam. infecto.

Pater & filius censentur copulati iure diuino.ita Bal.in l.cum in adoptiuis,in 2.col.ver.ibi cum enim,C.de adopt.& ideo melior amicus dicitur pater, quam quilibet alius: & magis terretur in filio,quam in se ipso;vt dicit Bal.in cap.per tuas,

de

de prob. Et ideo de alio plus confidere non debet, quam de patre, l. quidam cum filium, ff. de her. Inst. tradit Ias. in l. 1. col. fi. C de coll.

Inter patrem & filium nulla lis esse potest, nisi ex castrensi peculio, l. lis nulla, ff. de iud. & vide glo.

Patria potestas est inæstimabilis, l. filiusfam. §. secundum vulgarem, de leg 1.

Pater, & filius eadem persona reputantur, C. de impub. & ali. substi. l. fi. in fi. cap. contradicimus, in si. 35. q 3. vide per omnia istius regulæ omnino quæ adducit Hypp. de Marsi. in singulari suo incip. Pater.

Patris & filij testimonium pro vno habetur, ff. de vulg. & pup. substi. l fi. §. in secunda.

Pater filium suum in causa necessitatis potest vendere, l. 2. C de parent. qui fili. distr.

Inter patrem & filium, nulla exceptio contrahi potest, l. inter patrem, ff de contrahen. emp. sed de rebus castrensibus potest.

Patrem a filio regi indecorum est, l. is, qui in ea, ff. de tu. & cu. da. ab his.

Patientia pro consensu valet, ff. de exerci. l. 1. §. magnum & ff. nau. cau. stab. l. 1 §. pen.

Patientia habetur pro præcepto, ff. de his, qui no. infa. l. liberorum, in fi.

Patientia habetur pro consensu, l. si fideiussor, in fi. C. manda. & ff. eod. tit. l. qui patitur.

Patriam laudat vnusquisque, l. 1. censibus, & vnusquisque naturaliter mouetur ad tuendos mores patriæ, l. veluti, ff. de iust. & iu. & hinc est, quod qui natus est ex partialibus, præsumitur partialis, vt dicit Ang. in l. si fugitiui, C. de ser. fug.

Talis quisque præsumitur, qualis est eius patria. Barr.tract.de guelf.& gib.

Patria sua cuilibet dulcissima est, l. qui habebat, & ibi glo.de leg.3.tenet Io.And. in c. quod alicui, in 1.col.de reg.iur. in mercu.& hoc, siue sit magna, siue parua: vt dicit Andr.de Iser. in §.si vero, in 1.col.de feu.guardiæ.

Patria nobilis eius filijs redundat ad gloriam, tex. in l.si quis, C.de natur. liberis.

Paucos Clericos bonos habere melius est, quam multos inutiles, 3.dist. c.tales.

Paupertatem detegere durum est, glo.in §. 1.v.qui intelligebat, Inst. de iniurijs.

Paupertas prodest, l.si quis ad declinandam §. sin autem C.de Epi.& Cle.ff.de offi.præf.l.illicitas §. fin. Aliquando non excusat, nec prodest, ff.de ritu nupt.l. palam, §.non est.

Peculium quoddam est profectitium quod sibi acquirit filiusfa.de rebus paternis, & quoddam castrense quod in castris quęrit, vt ff.de castren.pec. l.si a castrense, & l.peculium castren. & l.si forte, & est aliud quasi castrense, quod in ciuitate quęritur ex publica causa, vel salario publico, C.de inoffi.testa.l.si per hoc, gl.1.cum oportet, §.1. in verb.ex ceptis peculijs, C.de bo.quæ liber.

Pecunia bona fide mista cum aliena, extinguitur, l. si alieni, ff.de solut.glos.in §.constituitur autem, verbo, Permutat, Instit.de vsur.

Pecunię nō numeratę exceptio competit ex causa mutui tantū, l.5.C.de nō numer.pecun. Nec negatur, etiā si iuramentum sit appositum in cautione.

tione, atq; etiam si mutuum non sit gratuitũ, l fin. C.eodem.

Pecunia non debet esse sterilis, l. quid ergo, §. vsuras, ff. de contr. tutel.

Pendens inquisitio non irrogat infamiam inquisito, l. 1. C. ex quibus cau. infam. irrog.

Pendens non est quasi sit, vi. inf. Quod pendet.

Peius est male credere, quam nullo modo credere, l. sterilis, §. cum per venditorem, ff de act. emp. in glos.

Percussit si vnus ex pluribus & non constat, quis fuerit, omnes euadunt: si vero plures percusserint, sed non constat, cuius ictu perijt, omnes tenentur, l. item Mola, §. sed si plures, cum ibi not. ff. ad l. Aquil.

Perfectior causa perfectiorem producit effectum, l. iusiurandi C. de testam. & cap. vel non est, de tempor. ordina.

Perfectum non dicitur quando aliquid deficit, l. librorum, §. quid ergo, ff. de leg. 1.

Perfectum illud est, quod ex omnibus partibus suis constat, l. 1. §. 1. ff de origine iuris.

Periculum vbi maius imminet, ibi cautius est agẽdum, inf. Vbi maius.

Periculum perdendi excusat contractum ab vsura, exemplum in censu vitalitio, in societate offic. in Vrbe frequentibus, & simil.

Periculum eius est, cuius est commodum, Instit. de contrah. empt. & ven. §. sed si post. & C. temp. in integ. rest. l. superuacuam, Contra, ff. de eo, quod certo loco, l. ideoque & l. 2. ff. de offi. procon.

Periculo se immiscenti nō est subueniendum, supra, Imputatur.

Peritis in arte credendum est, supra, Fides.

Periurij prætextu causa semel decisa non est retractanda, l. 1. C. de reb. cred.

Permittuntur multa causa necessitatis, quæ alias non permitterentur, c. si quis propter: de furtis, late Ias. in l. 1 col. 2. de offi. eius, cui mand. est iurisd. supra, Necessitas.

Pestis æquiparatur hostilitati, Butr. in c. cum dilecti, de dolo & contum.

Petens totum, & succumbens, non potest postea in eadem causa petere partem, l. 2. ff. de except. rei iudic.

Phantasma) propter diuersa phantasmata generātur in nobis diuersæ intellectiones: secundum Philos. 3. de anima. gl. in l. de tutela C. de in inte. rest. mino. & ibi Bal. & And. Sic in c. quod Clericis, de fo. comp. col. 21. Et quia quotidie ex nouis motiuis, nouæ generātur opiniones, vt dicit Bal in l. 1. col. 8. C. de his, qui ante aper. tab.

Philosophiam profitentes non debent auaritia vinci, l. professio, C. de muner. patrim. lib. x.

Philosophi possunt allegari in causis, Inst. de empt. & vend. §. item precium. cum ibi nor in gl. ff. de solu. l. si pater, ff. de sta. ho. l. septimo. Sed certe opiniones eorum multoties reprobantur, vt ibi.

Pignora quanto plus vendidit creditor, tantum reddere debet debitori, l. fina. §. sin autem, C. de iu. dominij impetr.

Pignus vendi non cogitur creditor priusquā ad fi-

deius-

deiussores veniatur, l 25.§.3. de fideiuss. & mād.

Pignorari non potest res prohibita alienari, l.fin.C. de reb.al.non alien.

Pignori accedens pignus est l.si conuenerit, §.si nuda, de pig.act.

Pignus debet valere plusquam debitum, v.Plus.

Pignora mihi obligata locare possum, l.creditor, ff.de pign.

Piratæ, quos vulgus Corsaros appellat, possunt impune occidi & derobari, ita dicit Ioan. de Ana. in c.2.in 2.col.super glo.2.de homic.

Placere Lupis, & gregibus ouium, nullus Pastor potest, supra, Pastor.

Pluralis locutio habet resolui in duas singulares, l.falsa, in si ff.de condi.& demon.

Planta solo ceditr, adices si tamen egit.

Plures si obligantur, intelliguntur viriliter obligari, & stipulari, l.xj §.1. ff.de duobus reis stip.

Plures in vnum consentire facile non possunt, l.vnica, ff.de libertis vniuersitatum.

Plus vilis persona, quam nobilis ex æquali delicto punitur, l.si criminis, & l.seruo, C.ad l.Iul. de vi. pu.& ff.de incen.rui.l.Pedius §.fin.

Plus punitur sæpius delinquens vi, l. seruos, C.ad l. Iul.de vi pub.& C.de Epi.aud.l.4.in fi.

Plus est hominem veneno occidere, quam gladio, l.1 ff.de malefi.& mathe.

Plus facit grauitas, & benigni mores, quam facultates, ff.de tu.& cu.da.ab his, l.scire oportet, §. pen.

Plus sapientiæ maturitas, quam corporis canicies consideranda est, c.quisquis, & c.sequen 84. dist.

& in cap. vilissimus, 1. q. 1.

Plus negat negatio, quam ponit affirmatio, C. de dona. l. filiusfamil. §. 1.

Plus semper valere debet pignus, quam debitum, vnde dicitur, quod residuum deberet reddere creditor debitori, quanto plus pignora vendidit, C. de iu. do. impe. l. fin. §. sin autem.

Plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur, C. plus valere quod agitur, per to. l. si donationis causa, C. de contrahen. empt.

Plus valet vnius prohibitio, quam plurium concessio, l. per fundum, ff. de seruit.

Poena integra non debetur, si pars debiti intra terminum conuentum soluatur, c. 9. de poenis; sed secus est de iure ciuili, vt l. 5. in fi. ff. de act. & oblig.

Poena debet suos tenere auctores, quia filius non debet portare iniquitatem patris; intellige in temporalibus, vel corporalibus; Fallit autem in dignitatibus, & ex causa: nam filij Presbiterorum non promouentur ad Sac. Ordi. nec ad Praelaturam, licet in culpa non sint, c. 1. & ibi scrib. de fil. Presbit.

Poena simpliciter priuans commonione aliorum propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis, id est, dum parere noluerit, cap. xj. de constitut.

Poena grauissima intelligatur de poena mortis, gl. in l. vnica C. nemini lic. sign. cru.

Poena illi debet permitti petere, qui in poenam non incidit, ff. de re iur. e. l.

In poenam incidens propter spretum aliquod, in eam

eam incidit, etiam si effectus nullus potuisset se- qui, l. 1. §. si quis longo, ff. de agnosc. lib.

Poena vnius est multorum metus: Inst. de except. §. hodie autem, in fin. C. ad l. Iul. repe. l. 1. in princ.

Poena imponenda est iuxta conditionē delinquen- tis de tempore delicti, & non sententiæ, l. p. ff. de poenis.

In pœnis, vno soluente, alter non liberatur, ff de iu- risdict. omn. iud. l. si quis, §. fi. & l. sed, & ff. ne quis eum, qui in ius voc. est & l. pe. §. fin. C. de cond furt.

Pœnę sunt molliendæ, & non exasperandæ, l. inter- pretationem, ff de pœ.

Pœna est mensura delicti, l. sancimus, ff. de pœnis.

Pœna corporalis minima, maior est quacunque pecuniaria, l. in seruorum, ff. de pœnis, in fi.

Pœna inhabilitatis non incurritur, nisi fuerit ex- pressa, c. fin. cum ibi not. de iu. patron.

In pœnalibus fere omnibus iudiciis ætati & im- prudentiæ succurritur, l. fere, ff. de re. iur.

Pœna duplici aliquis non debet ex eodem delicto puniri, l. sanctio, ff. de pœnis.

Populum faciunt decem homines, & duo faciunt congregationem, & tres faciunt collegium, & decem, aut quindecim, faciunt turbam, glo. in c. 1. de elect. & tot homines gentem faciunt, quot populum, secundum Bart. in l. prætori, ff. vi bo. rapt.

Populi varę voces non sunt audiendæ, l decurio- num filij, C. de pœnis. Et populum ob multum crimen pertransit multum.

Popu-

Populo, qui placet, displicet Deo, quia populus est docendus & non sequendus, Bal. in c. 2. de elect.

Porticus pars domus est l. cætera, §. hæc Senatus, ff de l. 1. vide tex. in cap. solemnitates, el. 2. de conse. dist. 1.

Positio negatiua non nisi per aduersarium probabilis, si iudici videbitur, admitti debet. c. vnico, de confes. in 6.

Positiones pro confessis habendæ sunt, reo respondere recusante, c. 2. de confessis.

Possidere longe commodius est, quam petere, Inst. de interdic. §. commode autem.

Et sic vbi possessorũ, & petitorũ iura sunt obscura, magis est iudicandum pro possessore, vt ibi.

Possidere simul duo non possunt eandem rem, ff. de acquir. poss. l. 3. §. econtrario, in princ. & ff. commo. l. si vt certo, §. si duobus, Contra, de l. si duo, ff. vti possid. & in l. possideri, §. econtrario, ver. Sabinus, de acquir. poss

Possessio dicitur quasi pedum positio. l. 1. in prin. ff. de acquirend. posse.

Pro possessore habetur qui dolo desijt possidere, c. qui possessore, de reg. iur. lib. 6.

Possessor malę fidei tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis: bonæ fidei vero de extantibus: sed post litem contestatam de omnibus, l. 22. C. de rei vendicat.

Posthumus proprie dicitur qui nascitur post mortem patris, ff. de iniusto rup. & irri. testa. l. 3. §. 1.

Posthumus non est in potestate patris, l. fin. ff. de col. bo.

Posthu-

Posthumi agnitione rumpitur testamentum, Inst. de exhered. lib. in princ. Contra, de inof. testa. l. si mater.

Postumus non venit appellatione hominis, supra, in verbo, Appellatione hominis.

Postulare aliquis non debet l. sua, cuius contrariū in casu contrario non esset postulaturus. C. de sol. l. pen. C. de vsu. l. si ea lege. Contra, ff. sota. l. ea lege. ff. de procu l. qui proprio, §. procurator.

Potentiori pares esse non possumus, ff. de ali. mu. iudi. cau. fac. l. 3. & ff. de arbi. l. nam magistratus, & ff. de aqua plu arc l. 1. §. sed si vicinus &c.

Potentia propinqua actui actus est, l. pen. de mil. test. l. cum viro, in princ. de fideicom. libert, & inf. verbo, Quod est in fieri At fallit quando lex requirit ipsum actum, vt in c. xi. de elect. & in l. cum hi §. si prætor, de transac.

Potestas prima est res inæstimabilis, vi Prima.

Non Potens per se ipsum, nec per alium potest, l. neque per se, C. de hered. instit. Procedit hoc in prohibitis ratione delicti, vel nisi lex dispenset, vt possit per alium, vt in c. suffraganeis, de elect. vbi Archiepiscopus potest per suffraganeos consecrare electum, quem ipse non potest per se ipsum ante receptum palium.

Precarium est quod precibus petentis vtendum conceditur tandiu, quandiu is, qui concessit, patitur, l. 1. in princ ff. de preca.

Precarium a commodato differt; nam commodatum datur ad certum vsum, vt per leges illius titu. ff. commodati, & etiam differt in alijs causis

sis enumeratis in glo.l.1.ff.de preca.& ibi vide.

Præcaueri debet quod infirmari, vel vituperari potest, c.1.de ser.non ord.l.si idem cum eodem, §.fin.iuncta gloss.ff.de iurisd. om.iud. & l.1.ff.de iure iur.

Præcedente vno malo, sequuntur alia, ff de rei vēd. ex diuersa, §. 1. in auth.vt iudi. sine quoquo suffra. §. consideramus, col.2. in glo.super verbo, Illicito.

Præcedentia, & sequentia declarant media, gloss.in l.a quo, §.1.in verbo, Verba, ff.ad Trebell.& sup. verbo, Declarare.

Præfatio legis demonstrat finalem intentionē condentis, l.regulas, §.licet, ibi, nutum Constitutionis demonstrat, de iur.& fac.ignor.

Præiudicatur alicui, vbi eius voluntas impeditur, §.hunc autem, & §.præterea, el.2. Insti de actio.

Prælatus conditionem Ecclesiæ deteriorem facere non potest, extra, de donat. Fraternitatem.

Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis suę Dioecesis totum ius Epāle: subducitur tamen tempus vacantis Ecclesiæ cathedralis, cap.15 de præscript.

Prælati ad curiam accedentes, sine licentia Papæ recedentes sunt excommunicati, vna cum suis receptatoribus, extrau. 2. de maior.& obed.

Prælatus, qui consueuit bene administrare, præsumitur conuertisse in vtilitatem Ecclesię, Bal.in c.cum causa, de sent.& re iud.

Prę̄latus, qui suā vtilitatē vtilitati Ecclesię prępонit, quādo agitur de acquirēdo, excusatur, gl.1.in fi. in c.scias frater, 7. q.1. cū qua transit Archid.

Præ-

Prælatus inferior non debet aliquid innouare in re per superiorē statuta, c.2.de cōfirm vti. vel inut.

Præmia bene merentibus tribui conuenit, vt statuas erigere, sed eorum expensis, non populi, l.fi. C.de statuis, & imagin.

Præscriptio non currit illi, qui si ageret, exceptione repelleretur. Sicut etiam non volenti agere non currit præscriptio, C.de inoffi.test. l.contra maiores, 16.

Præscriptio non interrumpitur per sequestrum, Card.in Cle. 1. 18.q.de sequest.pos.& fruct.

Præscribitur accessorium cum principali, si inerat illi a principio, alias secus, glo. in l.7. §.1. ff. pro empt.

Præsens intelligitur qui in studio est, l. Seiæ, 20. §. Pamphiliæ, de fundo instr.& l. quæsitum est, 76. de lega.3.

Præsentatis à Laico patrono locus est gratificationi Episcopi: sed in præsentatis à persona Ecclesiast.potior est primo prę̄sẽtatus, c.24.de iu.pat.

Præsumitur quis iuri suo renuntiare, qui contra illud facit, supra, Iuri suo.

Præsumitur à iuuentutis conuersatione, vsque ad senectutem, c.3.& 15. de præscript.

Præsumptio nobilior in iure est accipienda, vi. sup. Nobilior. Et pręsumptio maior tollit minorem; sicut & clauus clauum trudit, l. Quintus, 52. de donat.int.vi.& vxo.

Præsumitur de præsenti in futurum l.si quis adulterij, in glo.C.ad l. Iul. de adul.in auth. de resti. & quæ pa.§ verum si quidam, & §. mulier enim & in auth. ut nul.iud §.si quis vero accusatus.

Vnde, Qui semel bonus semper præsumitur bonus, ff.de re mili.l.non omnes, §.barbatis.

Qui semel diues semper præsumitur diues, ff. de prob.l. persona. Et qui semel dominus semper præsumitur dominus,l.siue possidetis,C.de probat. Et qui semel malus semper præsumitur malus,l.si cui,§.ijsdem, ff.de accu.& l.2. ff. de se.na. cum ibi not.

Et qui semel fuit pauper, præsumitur adhuc pauper,l.non est, ff.de probat.

Præsumitur nemo immemor suæ salutis, C, ad l.Iul. repe.l. si.adde, c.sancimus,2.q.7.

Præsumitur quis ignorare, nisi probetur scire, intellige de ignorantia facti, ff.de proba.l.verius, cum ibi no.Sed ar.contra eod.tit.l.cum de indebito,in fi.l.tamen,& ibi no.in c. ad audientiam nostram,glo.fi.extra,de rescrip.

Præsumitur quis bonus,vel malus, ratione patris, vel patriæ,gl.in auth.de refer.in fi.col.2.& l.quisquis,§.filij vero, C.ad l.Iul.maie. & l.quod si nolit,§.mancipia,ff.de ædili. edi.vbi dicit gl.Sæpe solet filius similis esse patri:& Arbor mala non potest bonos fructus facere.

Præsumitur quid eo modo esse, quo olim fuit, saluis ceteris, cap.in parochia, 16. q.1.& l.patrum, C. de rei ven.& l.pe.ff.de sta.homin.& l.ex eo.ff. de ædil. edic.

Præsumitur minime pro sententia Iudicis, cui de-

noctẽ

nocte traditus fuit processus, & de mane iudicat: ita, nec pro decreto, quia præsumuntur facta sine causę cognitione, ita Bar. in l. prolatam C. de sen.

Præsumitur in facto, quod se habet ad bonum, & malum, magis de bono, quam de malo præsumitur, ff. pro socio, l. merito pro solutione, & l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor. ad l. si defunctis, C. arbitr. tut.

Ad præsumptionem tunc est recurrendum, cum veritas aliter sciri non potest; ff. de le. 3. l. nummis, & ff si pars hered. petatur, l. antiqui.

Præsumptioni non est standum omnino, glo. in l. res hereditarias, ff de cri. expi. here. & C. res inter alios acta l. 1.

Pręsumptio iusti timoris cessat in curia Principis, l. 1. C. de his, qui per metum iud. non appell.

Pręsumitur quilibet dignus, nisi probetur indignus, cap. ex parte, de scruti. in ord. faci. l. non omnis, §. a barbaris, ff. de re mili. & in l. actor. per Cyn. C. de proba. & de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium, c. dudum, de præsump. ff. de manu. testa. seruos & ff. de lega. 2. cum pater, §. rogo.

Præteritio fœminarum pro exheredatione habetur, l. filiam præteritam ff. de ino. fi. testa, & ibidē not. glos.

Prætium consistere debet in pecunia numerata, Inst. t. de emp. & vend. §. item precium.

Pretium loco rei succedit, ff. quæ in fraudem cred. gesunt l. quia debitorem, in fi. & ibidem not. glo.

Pretia rerum secundum veritatem, non ex affectione singulorum, vel vtilitate, sunt æstimanda, ff.

ad

ad l.sal l.precia,& l.præcedent. & ff. ad legem aquil.l.si seruum meum.

Prætor bonorum possessorem heredis loco in omni casu habet,l.Prætor, ff.de re. iur.

Prætor reddere ius dicitur, etiam cum inique decernit, l.ius pondus, ff.de iust.& iure.

Prætoris decreta non debent esse illusoria, l.si prętor.ff.de iudic.

Prima potestas est res inęstimabilis,l.filius,§.si vulgarem,ff.de le.1.

Primum quod est, aliud ante se habere non potest: in prohemio,ff.§.in reliqua.

Principem cur ego te habeam, cum tu me non habeas vt Senatorem?c.esto 95.dist.& de Principis potestate disputare instar sacrilegij est.

Princeps iudicare potest secundum conscientiam, omissis actitatis,non sic inferiores, Bar.in l.1.C. vt quæ desunt aduoca. Vide etiam inf. Sententiã ferre.

Princeps de plenitudine potestatis legitimare potest,etiam in prępiudicium eorum, quibus est ius quæsitum in spe, etiam ipsis non requisitis, Alex cons.228.inci. visis codicillis But.in c. per venerabilem, 21.col.ver. secundo requiritur, & ver seq. qui fil.sint legit.

Princeps peccaret,si coram eo admitteret,illam exceptionem opponi,scilicet,quod ex pacto nudo detur actio.ita Ant.de Butr.in c.quę in Ecclesiarum,de const.& dicit singulare Alex.in l.iurisgentium, §.sed cum nulla, ff.de pact.

In curia Principis cessat præsumptio iusti timoris, l.1.C.de his,qui per metum iud. non appell.

Prin-

Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, perniciosus est, cap. miramur, dist.61.

Principis preces habentur pro iussu, glo. in l. 1. ff. quod iussu, Feli. in cap. si probabilitate, in 2. col. de offi. deleg.

Princeps seipsum ligare non potest, ar. tex. in l. pe. ff. de arbi. c. fi. de instit. & quamuis legibus sit solutus, l. Princeps, ff. de legibus, attamen secundum leges viuere vult. l. digna vox. C de legibus.

Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere, ff. de verb. signi l. Princeps.

Princeps ius Diuinum tollere non potest, cap. cum inferior, de mai. & obed. cap. sunt quidem, 25. q. 1. notatur in cap. quæ in Ecclesiarum, de consti. cum simil.

Princeps non potest supplere defectum iuris naturalis, Host. in c. 1. de transact.

Princeps ex potestate absoluta confirmare potest sententiam nullam, Bal. in l. rescripta, 3. col. C. de preci. impe. offer.

Princeps non est consulendus super facto, c. 1. de consiit. in 6. & l. 3. ff. de testib. nec ad quęstionem facti respondet Iurisconsultus.

Principium contractus spectãdum est, l. si procurator, in fi. ff. mandati.

Principium cuiuscumque rei potissima pars est, vnde not. gl. dimidium facti qui bene cœpit, habet, ff. de origine iuris, l. 1. in princ.

Principio malo inchoata, vix bono peraguntur exitu, in auth. vt iudi. sine quosuff. §. cognitum, col. 2.

Principijs ignoratis, ignoratur & ars, ff. de iusti. & iur. l. 1. in princ. & in authen. de non alie.iud §. scimus.

Principium bonum fecisse sufficit in negotiis amicorum, licet diuersus effectus sit secutus, l.sed an vltra ff. de negot.gestis.

Principali annullato propter aliquem fauorem, nõ annullatur accessorum, Alex.consi 59.viso instrumento, in 5.volum.

Principale interueniens attenditur, inf. Quando in aliquo actu, & verbo. Vbicumque aliquid.

Principale illud dicitur, ad quod principalis intentio tendit, Bar.in j. const. C.

Principali sublato tollitur accessorium, l.cum principalis, ff.de re.iur. & l.2.ff.si quis caut.& l.eos, in princ.C.de vsur.

Prior nominatio quid denotet, supra, Nominatio.

Prior conuentualis, sed non claustralis, potest esse delegatus Papæ, Clem.2.de rescr.

Priuatio præsupponit habitum, cap. ad dissoluendum, de despon.impu. l.decem, ff.de verb.obl.

Inter priuationem, & habitum non datur medium, ff.de verb.sig.l.hæc verba.Contra de l.1.§.sciendum, ff.de tribu.& ibi in gl.

Priuilegiatus, vt talis intelligiter de proprie tali. Bal.in l.siue, col.2. vers.2. quæro C.de probat.

Priuilegium reuocatur, vbi ex post facto noscitur esse nociuum, c.9. de decimis.

Priuilegium concessum exercenti artem, non ammittitur, si artificium omittitur ob infirmitatem, l. ex agentibus, C.de principalibus ag. in rebus, lib. 12.

Priui-

Priuilegium,quod habuit prædeceſſor, non ſine iniuria denegatur ſucceſſori,not.in c.bonæ memoriæ,in fin.de pollul.prælat.

Priuilegia, reſcripta & alia conſimilia, ad ea tantum extenduntur, de quibus cogitatum eſt, ff. de pact. tres fratres, ff. de tranſact. cum aquiliana, & ita intentio mandantis conſideranda eſt.

Priuilegia multa dantur aduocatis,l.ſancimus,C.de aduoca.diuer.iud.

Prius nominatus cenſetur magis dilectus, c. ſi quis, de elect. in 6. l. ſi communis ſeruus, 2. ff. de ſtip. ſeru. Eſt verum in fauorabilibus, vel indifferentibus,arg c.odia,de reg.iur.in 6.

Qui prior appellat prior agat; l.qui prior,ff.de iud.

Probandi onus ei,qui dicit,incumbit,ff.de probat. l.ei,qui & C.eo.l.actor. Contra de l.faciliter,C. de abo & de l.ſiue poſſiden. C.de probat. & in l 2.ff.de probat dicitur,quod affimanti incumbit onus probandi.

Ad probandum admitti non debet quis illud,quod probatum non prodeſt, C. de proba. ad probationem,& de ſimo.c.per tuas.in fi. ver.quoniam & ſi probata.

Probari quod teſtibus,vel ſcriptura non poteſt,pro infecto haberi debet C.commu. di l.ſi maior.

Probanti ſemiplene inopia probationum defertur iuramentum,l.3. C. de rebus creditis, & iure iurando.

Probatio efficacior requiritur ad probandum id quod non eſt veriſimile,c.x.de præſumpt.

Probare ſe idoneum non tenetur is,pro quo bene-

ficando rescribitur, cum idoneus præsumatur, c. fin.eo. de.præsumpt.

Probari aliquid per testes, vel per scripturam, paria sunt, l.in exercendis, C.de fide instrum.Natt. cons.609. nu.21.

Probatur quis per coniecturam facturus aliquid, quia non potest demonstratiue probari, gloss.in l.apud Celsum,ff.de except.doli.DD.in c.1.& c. causam matrimonij,de offic. deleg.

Probationes non sunt angustiandæ, l.quoniam,in fi. C.de hered.

Probationibus actoris,& rei concurrentibus,quid faciendum sit, vi.supra, Actor, vbi probationes actoris prius recipiendæ sunt.

Probatio debiti in scriptis contracti, iã soluti,quomodo fiat,vi.supra,Debitum.

Probatio a coniunctis valida est in iure, ff. de neg. gest.1.at qui nam,3.dist.denique.

Probantur quæ domi geruntur facilius per domesticos,quam per alios, C.de repud. consensu, §. seruus,C.de quæst.l.interrogari.

Probationes debent esse luce meridiana clariores, C.de proba l.fin.& maxime in criminalibus.

Probatur aliquid eo ipso, quod contrarium ostenditur,l.super seruis,C.qui mili.non pos.lib.12.

Procuratorem priorem remouet qui dat posteriorem,l.si quis, cum §.fin.ff.de procurat.

Pro facto habetur,quod in fieri est,l.cum vxori, & l.ligno,§.ego autem,ff.de leg.3.

Prohibitus vendere prohibetur pignorare, l. qui habeat, ff.de leg. 3. & prohibita alienari vsucapi non possunt, l. si fundum, ff. de fund.dot. & l. lex

qui

qui tutores, ff. de admin. tut.

Prohibitum de vno, de alio permittitur 25. dist. qualis,& extra, de his, quæ fi. a præla. sine consc. c. cum apostolica, in fi.

Prohibito matrimonio, prohibentur sponsalia, l. oratio, ff. de spon. quod est verum, quando prohibitio habet perpetuam causam prohibitionis, secus si temporalem, l. solet, ff de his, qui no infa.. vbi licet mulier matrimonium contrahere non possit intra annum luctus, l. 1. & 2. C. de secund. nup. tamen intra illud tempus bene potest desponsari.

Prohibetur vnum iustum propter aliud iniustum, 12. q. 1. habebat 21. dist. denique, ff. de rei vend. officium, ff. de dam. infec. l. si finita, §. ex hoc edicto.

In malis promissis fidem non expedit obseruare, de re. iu. l. b. 6. Vnde versus, in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum.

Promittere, vel soluere, paria sunt, l. fi. C. ad l. Falc. facit tex. vbi Deci. in cap. veniens, el. 1. de testi. & l. fin. ff. ad Sille. l. quamuis, §. interdum, ff. ad Velle.

Promissa simpliciter sine cōditione seruantur, cap. vlt. 22. q. vlt.

Promittens prouidere alicui cum poterit, sed non cum beneficium vacauerit, obligabatur olim ex Concil. Lateranen. cap. 14.

Sed hodie propter abusiones prælatorum, etiam promissio de vacatura, siue etiam in genere cū facultas se obtulerit, prohibetur, vt in cap. 2. de conceff. præb. in 6.

Proniora sunt iura ad absoluendum, quam ad obligandum, ff. de reg. iur. l. fauorabiliores, & l. Arianus, ff. de act. & oblig.

Proprium dicitur quod alicui non communicatur, tex. in l. 2. & ibi Bar. ff. de adopt.

Proprietates septem mulierum enumerantur, supr. Mulierum.

Prouerbiis plerumque vtitur lex ciuilis, atque etiã canonica, vt per exempla fere centum probat Stephanus de Gaeta tom. pri. repetit canon. fo. mihi 108. nu. 92. Immo, & causæ possunt definiri prouerbijs, & sic in iudicijs allegantur, ibi.

Proximus est, quem nemo sequitur, l. proximus, ff. de verb. signif.

Puberes dicuntur illi, qui sunt maiores 13. annis. Et ita accipiuntur Insti. de nup. §. 1.

Publicani bonos seruos, seu ministros habere debent, l. 3. ff. de public.

Publice permittitur quod priuatim non permitteretur, ff de re. diui. l. in tantum, §. sacræ autẽ res sunt, quæ publice &c.

Publicæ rei interest, dotes mulieribus obseruari. Cum maxime sit necessarium, dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, l. 1. solu. matrim.

Punitur plus vilis persona, quam nobilis ex eodem delicto, l. si criminis, & l. si seruo, C. ad l. Iul. de vi publ.

Puniri prout quis delinquit, debet & qui grauius delinquit, grauius debet puniri, Insti. de pu. iudi. §. item, l. Iul. de vi. pub.

Puniri quis debet vbi delinquit, l. capitalium, §. famosis

mosis.ff.de pœnis & ff.ne noxa.act. l.fin. Vnde dicitur, vbi te inuenero ibi te iudicabo.

Pupillus est magis priuilegiatus muliere, & Fisco, gloss. in l. si tutor, 6. C. de serue pignori dato manum.

Pupillus per acceptilationem liberari potest sine tutoris auctoritate, l. pupillū, ff.eod. de accept.

Purgari bis in mense solet fœmina, alias non esset sana, l. quæ bis, ff. de ædil.edic.

Q

QVædam honeste accipiuntur, quæ non honeste petuntur, ff.de va.& extr. cog. l. 1. §.fin.& ff.de ori iu.l.2.§ fin.in princ.

Quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio, l. de ætate, §.ex causa, ff de inter. act. & l. 1. ff.de vent.inspic.& c.miramur 61.dist.

Quædam per vniuersitatem transeunt, quæ sola nō possent alienari, l quædam, de acquir.re.domin.

Quædam possunt fieri tacite, quæ non possunt fieri expresse, ff.de reg.iur.l.actus, §.expressa.

Quæ dubitationis causa tollendæ contractibus inferuntur, ius commune non lædunt, l. qui mutuam, in princ.ff.de man.& ff.de reg.iur.l.quę dubitationis.

Quæ incontinenti fiunt, inesse videntur, ff. si cer. pet.lecta est, & ex his, quæ incontinenti fiunt, præsumptio nascitur, de elect.officij.

Quæ non possunt singula, multa iuuant, C.de prob. l.instrumenta, l.rationes, l.non epistolis, & l.non nudis.

Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt, l.quæ religiosis, ff.de rei vend.

Quæ solo temporis tractu non mutantur, semel in esse posita, semper præsumuntur, l.si cui, §.iisdem. ff. de accus. & l.non omnes, §. a barbaris, ff.de re mili.

Qualitas obueniens enti qualificat ipsum ens, & reponit ipsum in diuersam speciem, c.cum Marthæ, §.quæsiuisti, de celeb. Miss.

Qualitas adiecta verbo, debet adesse tempore verbi, l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxal. cum simil.

Qualitas facti reprobari potest, & factum approbari, supra, Approbare.

Qualitas, quæ inest actui de iure communi, vel speciali, iudicatur a pari, l.cum ex ratione, in princip. ff. de excu. tut. l. 2. C.de his, qui æta. ven. impe.

Qualitatem quis cognoscere non potest, nisi cognoscat substantiam, Bal. in l. 2. ante medium primæ colum. C. de bo. poss. secundum tab. per tex. in l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet. circa fin.

Quando duo sunt contraria, ad positionem vnius, sequitur destructio alterius, ff. de procu. l. Pomponius, §.sed & is.

Quando duo sunt necessaria, vnum interueniens non sufficit, ff.de diuor.l.penul.in glo.

Quando duo iura concurrunt in eandem personam perinde est, ac si concurrerent in diuersis personis, l. 1. de his, qui. vt indig. l.si quis decurio. C.ad l.Cor.de sicar.

Quando

Quando in vno actu concurrunt duæ rationes, quarum altera nocet, alia vero prodest, causa illa, quę nocet, debet attendi, non quæ prodest, l. si quis in graui. §. fin. ff. ad Sylla. & l. 3. & ibi Bar. ff de suspe. tutor.

Quando in aliquo actu vnum principaliter, & immediate venit, & aliud ex consequentia, & mediate, illud est præferendum, quod venit principaliter, & immediate, l. fin. ff. de imp. in re. do. fac. & l. 2. §. idem Labeo, ff. ne quid in loc. publi. & l. 1. ff. si vsufru. pet. Contra, de tex. in cap. ex transmissa, de filijs Presbyt.

Quando lex deficit, recurritur ad simile, & aliquãdo ad auctoritatem doctorum, supra v. Lege deficiente.

Qui accusare possunt intelligeremus, si sciremus, qui non possunt; itaque, prohibentur accusare, alij propter ætatem, vt pupillus. Alij propter sexum, vt mulier, l. qui accusare, ff de accusa. &c.

Qui ad agendum admittitur est ad excipiendum multo magis admittendus cap. qui ad agendum, de re. iu. lib. 6.

Qui binos lepores vna sectabitur hora. Vno quãdoque, quãdoque carebit vtroque, no. gl l. nemo, la 3. C. de assesso, super verbo, in vtrumque festinat.

Qui certus est certiorari non debet, l. 1. in fin. ff. de act. emp. & vend. & cap. eum, qui, ff. de reg. iur. lib. 6.

Qui cito dat bis dat, & qui tarde dat, minus dat, Insti. de fideiuss. § non solutum.

Qui duos habet accusatos a tertio prohibetur, l. cum rationibus, C. qui accu. non poss. nisi suam,

aut

aut suorum iniuriam prosequantur: hoc est verũ de diuersis criminibus, quia aliquis posset accusare 4.vel 5. vel mille, de eodem crimine.

Qui est in castris dicitur esse in morte, Abb.in cap. quoniam frequenter, in 1.col.vt lit. non contest. in c.pastoralis,de offi.ord.

Qui in vno grauatur in alio releuari debet, l. eum qui,ff.de iureiu.& C.de non nu. pe. auth. contra qui proprium.

Qui male agit odit lucem,ff.de ven.inspi.l.1. §. tria luminaria,in gl.

Qui non laborat non manducet,no.glo.l.quamuis, ff.de dam.infec. pro hoc, l.si plures, C de condi. insertis,

Qui omne dicit nihil excludit. no.glo.in l. a procuratore,C.man.& ad hoc, C.de her. insti. l.2. & ff. de hered. inst.l.quod si Mæuius, & l.1. de pecu. legato.

Qui patitur quod potest prohibere, ipse facere videtur,ff.de noxa.l.secunda, & ff. de his, qui not. infa.l liberorũ, C.de Sacrosanc.Eccl. l.iubemus, §.œconomus.

Qui per alium facit per seipsum facere videtur, l. si per alium,ff.ne quis eum,qui in ius vo.est vi exi. & l.si quis id,§.pe.ff.de iu.om.iud.

Qui per se non possunt capere, nec per seruos suos, l, neque, C. de here. insti. & ff. eo.l. non minus.

Qui potest inuitis alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus,potest, l. qui potest, de reg.iur. vide Bal.in l.fin.C. qui admitti.idem in l.fi.C.de iur.delib.refert glossator cancellariæ in regu-

regula 21. Contra de l. fi. C. de iu. emphy. vbi emphyteuta potest vendere domino inuito, dũmodo ei denunciet.

Qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur, l. qui potest ff. de re. iur. Contra de acqui her, l. is, qui heres & l. Lucius. §. sed his, quæ adhuc ff. qui ad li. procla. non licet.

Qui potest stare certo, non stet incerto: vt dicit prouerbium, gloss. in l. quia ratio, ff. de condi. insti.

Qui scit vunm ius, eligendo aliud, quod credit habere, non amittit quod habet, l. mater, ff. de inoffic. testam. Contra de cap. vt quis duas, de elec. lib. 6. & l. 1. C. de fur. cum simil. vt per glo. in l. edita, in ver. emendari, C. de eden.

Qui sibi ipsi non parcit alijs parcere non præsumitur, l. omne delictum, §. qui se vulnerauit, ff. de re milit.

Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte, no. gl. in auth de exhi. & intro. re. §. illud quoq; col. 5. super verbo, Arte.

Qui vadit plane, vadit sane, Instit. de iust. & iur. §. his.

Quicquid filiusfam. acquirit, patri acquirit, dummodo tamen sit in potestate patris, Institu. per quas person. no. acqui. in princ. ff. de acqui. pos. l. qui seruo.

Quicquid est causa causæ, est causa causati, l. manumissiones, ff de iust. & iure.

Quid quisque iuris statuerit in alterum, ipse eodem vti debet, ff. quod quisque iuris, per totum.

Quid

Quid verbis opus eſt cum rerum nullus ſequatur effectus, l.fin. C. de donat.

Quoad, iſtud verbum habet in ſe reuolutiones temporis, l.3. §.quod ſi quis, ff. de ſuſpe.tut. & l.Titius, de excuſ.tu.

Quod ab initio non valet tractu temporis non poteſt conualeſcere, ff.de reg.iur.l.quod ab initio, & ff.de pac.l.ſi tibi 10. § ſi pactus.

Quod accidit ſequitur naturam eius, cui accidit, ff. de vſufr.l.ſi fundo.

Quod a pluribus quæritur ſapientibus, facilius inuenitur, 20. diſt. de quibus, & per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur, C.de fideicom. l. vlt. ad fi. & 64. diſt. extra conſcientiam.

Quod bene geſtum eſt, non debet ex alio euentu reprobari, l. Barbarius Philippus, ff.de offic. præſi.

Quod differtur non aufertur, ff. de iu.l cum furioſus, & Inſti. de ſing. re. per fideic. relic.§.itaque Contra, C.de inoffi.teſta.l ſancimus.§.fin.& ff.de vſu.l.ſi vſufructus. de iſto Brocardo vide Bar.in l.inter ſtipulantem, §.ſacram. ff.de verb. obl. limita, vt per Domin.in cap.,ſi ſuper, in prin. de offi.deleg.lib.6.

Quod eſt in fieri habetur pro facto, l. ligni, §.ego autem, & l.cum vxori, ff. de leg.2. & declaratur ſupra verbo, Potentia.

Quod euincitur in bonis noſtris nõ eſt, ff.eo.de reg. iu.Contra, de ver.ſig. ff.l.bonorum, §.in bonis.

Quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe verius eſt, ff.ad exhib.l.de eo.§.ſi quis.

Quod

Quod in alterius persona seruat quis, in sua seruare tenetur, ff. quod quisque iur. l. prima, in princip. & ff. de condi. inde l. frater a fratre.

Quod inter alios actum est, alij nocere non debet, ff. de iureiuran. l nam postea, in fi.

Quod legitime factum est, pœnam non merear, C. ad legem Iuliam de adulter. l. Gracchus. Item, quod per me possum per alium possum.

Quod longe est a verisimili, est quædam falsitatis imago, l. milites, §. oportet, C. de quæstio. Bald. in l. 1. C. de ser. fug. quem refert Soci. in l. 3. §. item, si reipubl. in 4. colum ad leg. falcid.

Quod non videturesse, pro esse habetur, quia esse potest, seu expectatur, quod esse potest, l. videamus, in princ. C. de testam. & ff. ne quis eum, qui in ius voc. exim. & cap. factum est, in fin. de conse. dist. 4. Contra ff. de fur. l. pe. & l. continuus, §. cum qui. & §. si Labeo ff. de verb. oblig. & 86. dist. non satis, & l. quamuis, ff. de in ius voc.

Quod non mutatur quare stare prohibetur, certe pro nihilo. C. de test. l. sancimus, C. de ædif. pri. l. præcipimus, & in auth. quibus modis natu. effi. sui. §. tribus, ff. de adim. le. l. si tibi, §. qui filias, ex disparibus.

Quod noua testa capit inueterata sapit. in aut. vt iudices sine quoquo suf. §. 1. col. 2. gloss. in ca. cum in iuuentute, in ver. frequentius, de præsum. & gloss. in cap. quibusdam, in ver. paratior, 1. q. 1.

Quod

Quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, cap.ad hæc, de offi.Arch. C.de aut.præstan. l.vl. & ff. de aqua plu. arc. in concedendo, & ff. de adop. nam diuus, & extra de tempo ord. si Archiepiscopus.

Quod pendet non est pro eo, quasi sit, l. is damnum, §. quod pendet, ff. de re. iur. Contra de l. 1. §. sed etiam si incertum. ff. de ven. in posf.mitten.

Quod per me non stat, mihi non debet imputari, l.si ideo, C.de is, quib. vt indig. l. si post idem, §. sed si ita, ff.quando dies leg, cedat.

Quod per me stat mihi imputari debet, ff. de contrahen.empt.l.hæc vend.§.1.vide Ias.in §.item si quis, in 5 col.de actio.

Quod per nos facere non possumus, per alios facere debemus, ff de procu.l.1.& ff. de admi.tu.ita tamen §.gessisse.

Quod per te cu facere non licet, neque per alium licebit, l.2 §.1.ff de admi.re.ad ciui.perti, & l.pupillus, §. sed & si ff de auth tut. & l. filium, ff. ad Maced.& l.impressionem, C.quod met.cau. Cõtra de l fin.ff.de offi.præfect.vrb.& ff.mandati l., si mandauero, §.sed hi, & de elec.c.suffraganeis, de quo vide in d.l.2.

Quod Principi placuit legis habet vigorem, Inst.de iure natur.§.sed quod Principi.

Quod proprium alicuius est, ipsius amplius fieri nõ potest, Inst. de lega. §.si rem.ff de exce.rei iud.l. an eãdem, §.actiones, & Insti.de ac. §.sicitaque, ff.de acqui.pos.li4. § 1.vide Domi. in c.cum personæ, §.quod si talis, in 1.col.de priui.in 6.

Quod

Quod recipis contemplatione mea, ex me percepisse videris, l. cum aliquis, C. de iu. deli. c. requisisti, de test. de quo, latè Barbat. in l. cum acutissimi, in 84. col. C. de fideicom.

Quod semel est verum, semper præsumitur verũ, not. gl. ff. de damn. infe. l. qui bona fide. §. si quid si stipulatur, & C. de proba. l. siue possidetis.

Quod tibi non vis fieri, alijs non feceris, no gl Inst. de iust. & iure, §. iuris præcepta, super verbo alterum non lædere.

Quoties aliqua actio, vel exceptio deficit, sciendũ est, vtilẽ esse actionem præscriptis verbis, l. quoties, ff. de præscri. verb.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est ff. de re. iu. quoties.

Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis, regula iur. ff. & l. 2. §. due autem, ff de car. edic. & 13. dist. duo sunt.

Quoties quis iusto dolore accensus deliquit, pœnę debent aliquantulum temperari, Abb. in c. olim, 1. de rescrip.

Quoties vertitur ratio causa lucri is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit, ff. de reg. iur. l. quoties.

R

RApiens res, etiam sibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum, post ad simplum, l. 3. C. de vi bonorum raptorum.

Rapta

Rapta mulier ſubſtantiam raptoris lucratur, ſi raptori non nupſerit, raptore, & comitibus, eique auxilium prębentibus capitis ſupplicio ſubiectis. Auth de raptis mulieribus, in proem. col. 9.

Rarum eſt omne, quod bonum eſt, cap. ſi officia, diſt. 59. & rarum, & nullum æquiparantur. Et rarũ omne carum eſt, ſupra, Omne rarum.

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, l. fin. C. ad ſen. con. Ma. l. licet, ff de iudic.

Ratione quod caret, extirpare neceſſe eſt, c. chori Epiſcopi, 68. diſt.

Ratio edenda eſt a capite 1. cum die, & conſule, ſupra, A capite.

Rationem, vel legem querere, vbi naturaliter ſentimus, infirmitas eſt intellectus. Tiraq. regu. Ceſſante, nu. 74. Ideo ſufficit allegare rationem naturalem, etiam ſine lege, ff. de pœnis, l. finali.

Ratio ſimilis æquitatis ſimilia etiam iura ſuadere debet, inf. Similis.

Ratio debet eſſe diuerſa a dicto, vt no. glo. in l. ſi. ff. de offi. procu. Cæſa. & in l. 1. in fi. ff. de excep.

Rationes duæ ſi concurrant in aliquo actu, quarũ altera prodeſt, altera autem nocet, attenditur potius illa, quæ nocet, quamquae prodeſt, vi. ſupra, Quando in vno actu.

Ratio generalis præualet ſpeciali, ſupra, Generalis, & no. gl. Inſt. de vſuca. §. furtiue, ſuper verbo, nec vſucapio, & de nup. §. affinitas, & §. ſocrum. Contra, ff. de eden. l. quædam.

Ratum habere promittens dicitur non perſeuerare, ſi quoquomodo contraueniat, l. antepen. & fi. ff. rem ratam ha. vbi Bart.

Recu-

Recuperare) Qui actionem habent ad rem recuperandam, rem habere vidẽtur, ff.de reg.iu.l.qui actionem. Cõtra, quia minus est habere actionẽ, quam rẽ.l.inter vestem, §.Pomp.ff.de au.& arg, l.non minus, de reg.iu.l.1.ff.de rei vend.Dec.hic multa dicit ad istam regu.

Redditum non est quod est deterius redditum, vel ita vt haberi nõ possit, ff.ad exiben.Iulia.§.sed & si commo.l.3.§.1.depo.l.1.§.tres, ff.de solu.& l.sed mihi, §.1.ff.commodati.

Referri quãdo quid ad duo potest, debet referri ad antiquius, l.fi.in finalibus verbis, ff.fin.regund.

Refertur ad vniuersos quod publice fit per maiorẽ partẽ, ff.de reg.iur.l.aliud est vendere, §.refertur.

Regratiandus non est, qui facit, quod debet, l.si servi.circa medium, ff.de he.insti.l.2.C.de ope.lib. facit l.vnum, §.si de fal.de l.3.

Regulã iuris habens pro se, habet intentionẽ suã fundatam, & qui dicit casum a regula exceptũ, id probare debet.Gemin.cons.103.Fuluos.cons.182.

Relatio in dubio debet fieri ad proximiora, l.idem cum eodem, ff.de iurisd.omn.iud.

Religiosi sine licentia transeuntes ad partes vltramarinas, sunt ipso facto excõmunicati, extrauag.2.de regul.& trans.

Religionis fauore intelligitur, quod maius est, l.Titia, §.Seia, ff.de aur.& arg.lega.

Remedium ordinarium tollit extraordinarium, l.in causæ, la 2.de mino.cum simil.

Remittere ẽ dare, c.veniẽs, de test.l.cõtra iuris, ff.de pac.l.Modestinus, ff.de dona.l.si inter, C.de solut.

Remittenti ius suum amplius non datur regressus, Instit.de bo pos.§.si quis itaque.

Qui semel renuntiauit iuri suo, amplius repetere nō potest l. qui actionem, C. qui accu.non pos.& ff. ad turpil.l.quod deficit,& ff.ad leg.Iul.de adul. si maritus §. si negauit, & ff. de accu. l.hi tamen in fin. Et quilibet potest suo iuri renuntiare, l. penul.C.de pact.& l.pactum,ff.eod.

Ad remunerandū benefactorē suū quilibet obligatur,l.cōmissori, l.consulti,ff.de pet.hered. iuncta l.si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, ff.mand.& l.si non sortem,§.libertus,ff.de cond. & demon.

Renuntiare non potest Episcopus ob senectutem, si necessarius, vel vtilis sit Ecclesiæ suæ, c. 1. de renunt.

Renuntiandi licentiam obtinens compellitur cedere,c.12.eo.tit.

Renuntiatio facta per Procuratorem reuocatum, sed ipso, & eo,cui facienda erat,ignorantem,tenet,Clem.vnica,eo.

Renuntians liti uon videtur fateri,text.sing.secundum Bal. ibi in l.si te. C.de inge. manu. exclamat Ias.in l.postquam liti.C. de pact.

Renuntiare quis non potest iuri, quod sibi ignorat competere,C.de fur.l.fi. ff.de inof.testa.l. mater. & l.eum,qui.in princ.eod.tit. Contra C.de transac. l.qui sub prætextu, ff.de verb. obli. qui Romæ, §.fin.

Renuntiare quis dicitur iuri suo,ex quo facit actum ei contrarium, supra,Iuri suo.

Reprobato aliquo reprobatur quicquid venit in eius

eius concomitantiam,siue sit præiudiciale,siue pœnale, l.Seius, & Augerius, ff.ad l.Falc. secundum Bal,in l.si pactum, in princ. C.de colla.cum simil.

Reprobatio testium quomodo sit licita, vi.inf.Testis, per totum.

Reipublicæ causa occisi in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, Instit.de excu.tu.§.si autem.

Reipublicæ interest habere per quos fiant sacrificia,quibus Dei cum populo reconciliatio peratur,puræq; preces offerantur,quod Sacerdotum esse munus,dicit tex.in cap.ipsi sacerdotes,1.q.1. & in auth.quo.opor.Epis.in princ.colla.1.vnde & dicit Vlpia.Iureconf.in l.1.§.fi. ff.de iust.& iur. publicum ius , idest, vtilitatem publicam in Sacerdotibus versari.

Reipublicæ interest, vt crimina detegantur, l.cum qui nocentem,in princ. & ibi Bar.ff. de iniur. & detecta puniantur, vulg.l.ita vulneratus,ad leg. aquil.

Rescriptum speciale derogat mandato generali, si de eo mentionem non facit,tex.est in cap.1.hoc tit.de rescrip.

Rescriptum cognitionem causæ prohibens est de falsitate suspectum,c.2.eo.de rescrip.

Rescriptis parendum est, vel causa rationabilis assignanda quare non pareatur.c.5.eo.

Rescriptum ad beneficia non valet, tacita dignitate illud impetrantis, c.8.eo.

Rescriptum Papæ vitiatur per falsam latinitatem, cap.xj. eo.

Rescriptum per vnius apicis defectum non vitian-

tur, cap. xj. dc fide inſtrum.

Reſcriptum ambiguum intelligitur ſecundum ſupplicationẽ;Et eſt nullum ſi non habet clauſulam; Si ita eſt,l.1.C.de diuer.reſcr.

Rei appellatione etiam pars continetur,l.appellatione rei,ff.de verb.ſig.

Res aliena vendi poteſt, ſed precium ab emptore auferri poteſt,l.rem alienam,ff.de contrah.emp.

Res eadem non eſt diuerſo iure cenſenda,vt ſupra, verbo,Ea,quæ.

In re propria furtum committi poteſt,Inſt.de oblig. quæ ex malef.§.interdum.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam,l.ſi vnus, §.quod & in ſpecie, ff.de pact. c. ab exordio, 35. diſt.c.2.de præbend. in antiq.

Res integra definit eſſe per partem dilut.pretij, ſed non arrhæ,ſupra, Arrhæ.

Res mutata in priſtinum ſtatum redire non poteſt, ff.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem,§.ſacramenta,ff.de ſolu.l.res quæ,§.arena.

Res dare pro rebus,pro verbis verba ſolemus, gl. in c.Eccleſias,in verſicu. ad hoc 13.q. 1.

Rem ſuam nemo debet repoſcere per rixas, vel contẽtiones,ſed amicabiliter, l.ſi ex plagis,§.tabernarij, ff.ad leg. Aquiliam.

In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter,C.mandati,l.in re mandata. & l.poſſa. C.de his qui, vt indig.Contra,Inſti.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. §.1.

Reſpondent ſub dubio forte, periti, vi. inf. Sub Dubio.

Reſpondere obſcure, & nihil reſpondere, paria ſunt,

ſunt,l.de ætate,§.nihil intereſt,ff.de interro.act.& ibi Bar. & Alex.

Reſponſio debet fieri ſecundum interrogationem, l.prima,ff.de inter.act.& in cap.inter dilectos,de fi.inſtru.

Reſpondere ad quæſtionem facti non conſueuit Iuriſconſultus,ff.de iudi.l.eum,quem temere.Contra,de l.Aretuſa,ff.de ſtatu homi. Vide hoc qualiter intelligatur per Decium,in c.paſtoralis,col. 2. de reſcript. & vbi confuſa præit interrogatio, certum reſpondentis teſtimoniū eſſe vix poteſt, de interrog.act.ff.l.p.

Reſtitutionem petens duo probare debet, nempe, poſſeſſionem, & ſpoliatum fuiſſe, extra,de reſtit. ſpol.olim cauſam,& qui filij ſint leg.cauſam,quę, & idem eſt, ſi aliquis ſpoliauit, vel mandauit, vel ratam habuit ſpoliationem,de reſti. ſpol. cum ad ſedem,ad fi.ff.de vi arma.l.1. §.defeciſſe, c.conſultationibus,de offic.deleg.

Reuelat Deus aliquando paruis, quod non reuelat magnis,l.potioris,C.de offi.rec.prouin.cap.fruſtra,8.diſt.c.eſto.95.diſt.

Reus debet prius conueniri,quā fideiuſſor,in auth, de fideiuſ.§.1.col.1.& C eo.tit.auth.præſente.

Rei eſt fugere, C. de iudic.l. properandum, §. & ſi quædam pars,

Regia curia vix durabit ſine menſura,gl.in auth.de nupt.§.deinceps, verbo, Immoderationes, collat.8.

Regis ad exemplum totus componitur orbis,Gloſ. cap.ex meritis,6.q.1.

Rex Franciæ est Canonicus in pluribus Ecclesiis sui regni, S. Martini Turonen. S. Hilarij. Pictauiensis & simil Aufier. de pot. sæcul. fo. 227. fall. 25. regulæ secundæ.

Rex Franciæ facit expensas pauperi secum litiganti, Bal. in l. magis puto, §. in primis, ff. de rebus dub.

Pro eo orantes consequuntur Indulgentiam decem dierum, Martin. Nau. de hor. can[o]n. cap. 19. nu. 90. post. D. Thomam ibi relatum.

Rex insipiens est, sicut denarius æneus in computo mercatorum, ita dicit Abb. in suo dictionario post Ægidium Romanum, in tractatu de regi. principum. lib. 2. c. 7.

Cum Rex iustus sederit super sedem suam, non aduersabitur sibi quicquam malignum, in Epistola inter claras, circa princ. C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol.

Ripæ fluminis publici non veniunt mensurandæ, quando est venditum prædium, nisi hoc expresse dictum fuerit, Bar. in tractatu, qui incipit; Tyberiadis, 10. col.

Rubricæ negatiuæ dispositioni non potest consensu partium renuntiari, no. glo. Bar. & Doc. in rub. C. ne fideiussore; do. den. Idem in l. non potest, de leg. 1. & in l. gallus, in princ. ff. de lib. & posth. sequitur Ang. in proh. Inst. col. 5.

Rudibus & imperitis, gubernacula Ecclesiæ non sunt committenda, vt in cap. statuimus, 61. dist.

Sacer-

S

Sacerdotis cor, manus, & linqua, quomodo dirigenda, vi. supra, Nihil vile.

Sacramenta quilibet de Episcopatu potest recipere in maiori Ecclesia, c. officium, de officio Archipresb. I. dist. in capite.

Sacrilegus dicitur qui rem aliquam sacram de loco sacro aufert. ff. ad l. Iul. pec. l diuus.

Salutarem rem diu subticentes reprehenduntur, l. si forte, ff. de pœnis, in ver. quid enim, & per totum.

Saepius delinquens plus punitur, supra, Plus.

Salutis æternæ nemo immemor esse præsumitur, l. fin. C. ad l. Iul. repet.

Sanguinem suum licet vnicuique redimere, l. fi. ff. de receptatoribus.

Satisdatio idem est quod satisfactio, l. 1. ff. qui satis. cog.

Scapha est parua nauis sequens nauem magnam, l. scapham, ff. de euict.

Scholaris non iuuatur Macedoniano, not. in §. illud, verbo, Senatus. Instit. quod cum eo. vbi & alij x. casus enumerantur, in quibus Macedonianum cessat.

Scholares debent obedire præceptis magistrorum, sicut præceptis patris, vt dicit glo. in l. liberto, ff. de obsequijs.

Scholaris si non studet & intrat scholas, non gaudet priuilegio scholarium, l. semper, §. vlti. ff. de iure immu.

Scholaris prouectus si studeat in domo, licet non

accedat ad audiendas lectiones, gaudet priuilegio scholarium, ita Bal. per illum textum in l. si cū dies, §. quid est tamen, ff. de arbitris.

Scientia proprie accipitur quando quis falli non potest, gl. in l. scire leges, ff. de leg. improprie autē sciri dicitur, quando vehementi opinione id sibi constat, tex. est in l. 2. § idem Labeo, ff. de aqua plu. ar. & ibi glo. in ver. sciat, & glo. in l. si duo, §. pen. ff. vti possi. sentit glo. in l. libera, ff. de pact. & in l. si paterfam. in ver. scit, ff. de her. inst. per Alex. latius in l. 1. in 7. col. versic. secundo, ad idem, ff. si cer. pet.

Scire qui debet, præsumitur esse sciens, licet sit ignorans, l. sed & si pupillus, §. præscribere, ff. de instit. act.

Scientia inflat, charitas autem ædificat, prima ad Cor. c. 7.

Sciens rem alienam numquam vsucapit eam, l. sine ff. de vsucap.

Scire debet quisque, ad alium pertinere, quod suum non est, C. vnde vi. l. conquerebatur.

Scientia, & nobilitas, quo ad promouendos æquiparantur, supra, Nobilitas.

Scientiæ liberales 7. exumerantur in tex. & glo. l. 1. ff. de var. & extraor. cogn.

Scientia nobilitat, l. prouidendum, vbi not glo. C. de postul.

Scientia legalis est infinita, vt dicit glo. in §. cumque in prohe. Inst. & l. 2. ff. de iur. & fac. igno. quod nō contingit in alijs artibus. Et dicitur scientia Architectonica, cui aliæ scientiæ humanæ aliquo modo ancillantur.

Scrip-

Scripturæ ordo non attenditur, l. eo quod a multis, C. si cert. pet. Contra per Euerard. in loco ab ordine.

Scriptura priuata facit fidem si habet subscriptionē trium testium, fide dignorum, gl. probat in princ. tit. de literarum oblig. Inst. verbo, Scripserit.

Scripturæ contrariæ ab eodem productæ fidem nō faciunt, l. 14. de fide instrum. C.

Scriptura probari debet solutio debiti, quod contractum fuit in scriptis, sup. verbo, Debitum si.

Scriptura facta, vel subscripta, me mādante, videtur a me fieri, c. cū inter, de sen. & re iud. & ibi Fel. nu. 9. Domi. in c. si prole. in princ. de rescript. in 6.

Scripta auctorū tantū discurrentes, nec in ipsis cōtēta digerentes, dānantur per Saly. in l. si ex cautione, C. de non nu. pe. in vlt. col. Facit quod notabiliter dicit Inno. in præfatione decreta, refert Imo. in 4. sua pręfatione decret. & dictum Saly. refert Ias. in prohe. Inst. de actioni.

Semel heres semper manet heres, l. ei, qui soluēdo, ff. de her. inst. ēt si res ei auferatur, l. ex facto, §. si. ff. de vul. & pupi. Et semel bonus, malus, diues, pauper, & dominus, sēper talis pręsumitur, sup. Qui semel.

Semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, l. semper qui, ff. de reg. iur.

Sensu carens non committit iniuriam, Inst. si quadru. pau. fe. di. §. pauperies.

Sensus magis inspicitur, quam verba, l. 1. C. de interdi. & l. 3. C. de li. potestate, & l. Celsus, §. pe. ff. de contrah. emp. & ven.

Senes

Senes mali dicuntur iuuenib. laqueum ponere, tex. est in c. Paulus, 2.q.7. & idem de malis prælatis, quia laqueum subditis inijciunt, trahitur enim eorum vita facile a subditis in exemplum, c. magnæ, de voto, c. præcipue, 2. q. 4.

Senis vmbra plus valet, quam gladius, siue eloquẽtia iunioris, secundum Bald. c. 1. extra. de renun. Ad quod satis accedere videtur quod de Marco Castriccio refert Valerius lib. 6. tit. de libere dictis, aut factis, qui Carbone consule sibi dicente, multos se habere gladios, respondit & ego annos.

Sententiæ sicut, & medicinæ, cum periculo dantur, & recipiuntur, gloss. in rubr. C. de sent. ex peric. recit.

Sententiæ ponderandæ, non numerandæ sunt.

Sententia contra formam iuris lata non valet, C. quando prouo. non est ne, l. 2

